Cum factus esset iesus annorum duodecim: ascendentibus illis ierosolimā secundū consuetudinem diei festi. Et reliqua. Homelia origenis. Puer iesus crescebat et confortabatur: et replebatur sapientia. Hoc hominum natura non recipit: ut ante duodecim annos sapia compleatur. Aliud est enim potatem habere sapientie: aliud sapientie eē cōplectum. Non ambigamus ergo diuinum aliquid in iesu carnē apparuisse: et non solum super hominem: sed super omnē quoque rationabilem creaturā crescebat. Humiliauerat enim se formā serui accipiens: et eadem virtute que se humiliauerat crescebat. Ibant itaque parentes eius iuxta cōsuetudinē in ierusalem: ad solemnē diem pasche. Et cum factus esset iesus annorum duodecim. Diligenter obserua. Priusquam duodecim eēt annorum: sapientia dei et ceteris que scripta sunt de eo complebatur. Cum ergo ut diximus duodecim eēt annorum: et iuxta morem dies solemnitatis expleti essent: et reuerterentur parentes cū infantulo iesu remansit puer in ierusalem et nesciebant parentes eius. Tu autem domīe miserere nri.

V. Omnes de saba uenient aurū et thus deferentes. R. Et laudē dn̄o annūtiantes.

Vota quesumus domīe suplicantis populi celesti pietate prosequere: ut et que agenda sūt uideant: et adimplenda que uiderint cōualescant. Per xp̄m dn̄m nostrum. Amen.





✠ Homelia in transfiguratione: dni nri yhu xpi :-
Iube dompne benedicere :- Euangelica lectio. LCI :-
✠ Lectio sancti euangelij secundu matheum :-

IN illo tempore. Assumpsit iesus petrum et iacobu et iohanem fratrem eius: et duxit
eos in monte excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et reliqua. Homelia
sancti iohis chrisostomi. Quoniam multa de periculis: multa de passione sua. multa
de morte et de sede discipulorum locutus est dns: et aspera quippe plura atque ardua eis iniuxit
que oia cu presentem uitam sequerentur: imminere iam atque incumbere videbantur.
Bona uero que policebatur longiore spe erant expectanda: utputa quia seruarent anima
suam si perderent eam. Quia in gloria patris sui uenturus sit et premia redditurus: ut
visu etiam certiores faceret quantum facere possunt gloriam suam. Qua cu uenturus
est in presenti vita ipsis ostenderet: et iam visuros policetur ne aut sua aut dni morte doleat
Et maxime petrus. Et uide quid agit cu de regno et de gehenna disseruerit. Quando enim
dixit: qui inuenerit aiam suam perdet eam. Et quicumque perdet eam: gratia mei inueniet ipsam
Et quia unicuique secundu opera sua reddet: regnu et gehenna designauit. Cum igitur de
vtrisque disseruerit: regnum quidem ut oculis cernatur concedit. Gehenna aute mini-
me: quoniam [illegible]dioribus atque ineptioribus illud necessariu erat. Probis vero et iam et
prospicacibus [illegible]atis fuit a melioribus confirmari. Tu aute dne miserere nostri :-
℣ Gloriosus apparuisti in conspectu dni. ℟ Propterea decore [illegible] te dns :- Oremus :-
DEus qui fidei sacramenta in unigeniti tui gloriosa transfiguratione patru testimonio robo-
rasti: et adoptione filiorum perfecta uoce delapsa in nube lucida mirabiliter presignasti. Concede
propitius: ut ipsius regis glorie nos coheredes efficias: et eiusdem glorie tribuas esse consortes
Per eunde xpm dnm nostrum :-

✠ Homelia in dominica palmarum :-
Iube dompne benedicere :- Passio dni nri iesu xpi sit sempr i cordib [illegible]
✠ Lectio sancti euangeli secundu iohem :-

IN diebus illis: venerunt filij israel in helim: ubi erant duodecim fontes aquarum: et [illegible]
ginta palme: et castramentati sunt iuxta aquas. Profecti qui sunt de helim: et venit ois
multitudo filiorum israel: in desertum sin: qd est inter helim et sinai quintodecimo die
mensis secundi: postquam egressi sunt de terra egipti. Et cum apropinquasset Jesus ierosoli
mis: et venisset bethphage ad montem oliueti: tunc misit duos ex discipulos suos dicens
eis. Ite in castelum quod contra vos est: et statim inuenietis asina alligatam et pullu cu ea.
Soluite et aducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite: dominus his opus habet et
confestim emitet vos. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis iesus: et alligaue-
runt asina et pullum: et posuerunt super eos vestimenta sua: et eum desuper sedere fecerunt.
Plurima autem turba: strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cedebant ramos de arbo-
ribus et sternebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur: clamabant dicen-
tes. Osana filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini :- Tu autem domine mi[illegible]
Eripe me domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me
Oremus
DEus quem diligere et amare iusticia est: ineffabilis gratie tue in nobis dona multiplica: et
qui fecisti nos in morte filij tui sperare que credimus: fac nos eodem resurgente peruenire
quo tendimus. Qui tecum viuit [illegible]

✠ IHS ✠ MAR ✠. Ordo dicendi officiu die iouis sancti in cena domini:-
Primum leguntur vulgar per aliquos deputatos:- pōa dicitur epistola vz. Conue-
mētibus vobis. &c.:- et interin distribuatur panē cū potu et finita epl'a. Dicatur
lauda. vz. O voi serui z deuoti &c.:- qua finita dicatur euangeliū:- vz:- Ante diē festū
pasche &c.:- et quando dicitur surgit a cena et ponit uestimēta sua:- Tunc prior
cū subpriore induāt se capa et incipiant lauare pedes oium fratrū:- et cōpleto
euangelio legantur cetere lectiones inde sequentes videlicet Amen amē dico uob
et c. quibus completis cantetur Stabat mater. pōa dicatur oratio yeremie pphete
in suo tono:- deinde sancta croxe:- pōa prior dicat istā orationē. Respice qs:- finis:-

A honore et reuerentia de lo sacratissimo corpo et sangue delo nro signore meser iesu
xpe. loquale in tal di como e ancoi primamēti sacrifica in la soa ultima cēna sedē-
do in mezo de li dodece discipuli soi:-

GRandi beneficij de diuina largessa a donato dio alo populo christiano che nō se po na-
rare lo honore de si marauegioso sacrificio ni e mai stato generatione di gente
si grande che nō lo meteno in tanta dignita como e ancoi:- Lo nro segnor dio loquale p
per grande amore a mandato lo vnigenito suo filiolo uogliando che noi siamo par-
ticipi de la soa diuinitade si a receputo nostra natura aso che lui fatose homo facese
li homini diuini. Et tuto quello che de lo nro a receputo per humanita: ne a dato lo suo
corpo a saluatione per recuperarne. A offerto hostia sopra la croce a dio padre et
lo suo sangue si a spainto in precio: per che noi siamo recatati et renouati in laua-
mento de baptismo. Aso che noi recatati de la miserabile seruitute fossemo laua-
ti e netati de tuti li peccati. Et acio che de tanto beneficio in noi stia continua i
memoria lo suo corpo in cibo et lo suo sangue in beuenda soto specie de pane et
de uino ello a lasato a receuere a tuti li fideli christiani. O precioso et maraue-
gioso cōuiuio pleno de ogni dulcitade: che cossa po essere piu preciosa cossa de i
questo diuino pasto: in loquale nō carne de vselo ne de altri animali como se
facea in la lege antiqua che a receuere xpe dio uerace: che cossa e piu marauegiosa
de questo sacrificio: in ello certamēte pane et uino: in corpo et sangue de christe
substantialmēti se conuerteno. Et pero xpe dio et homo perfecto se contene soto
specie de vn poco de pane: ello e receputo dali fideli christiani ma in niguna mainera
nō e squarsato quella parte che se ando spartito uno sagramēto soto partimēto
de ogni particula perceuera sempre intrego. Etiam dio niguno sacrificio e piu
piu pleno de saluatione de questo per loquale li peccati se purgano le uirtue
se acresceno et la mēte se bonifica per habundatione de tute le spirituale gra-
tie. Ele offerto in iesia per viui e per morti aso che per chi e ordinato sia la sani-
tate de tuti. La dolcesa de questo sacrificio finalmenti aniguno nō basta a mani-
festare la spirituale dolcesa per loquale in la soa fontana se asagia et si se are-
gorda la memoria in la passione: che xpe a mostrato de excellentissima caritade.
Donde aso che piu ardentementi la grandessa de questa caritade se infigure in li
cori de li fideli christiani in la ultima cēna quando xpe a fato la pasqua cū li soi.

discipuli: ello douea passare de questo mũdo alo padre a ordenato questo sacrificio como
perpetual memoria de la soa passione et cossi como pio grandissimo de li altri miraculi
da lui facti et como singular conforto a queli qui erano contristati de lo suo partire :~

Cossi conuene adunca a li fideli cristiani ala deuotione solemnemẽti arecordare lo or-
dine de si salutifero et de si marauegioso sacrificio et aso che noi honoremo lo modo che
dir non se porea de la presentia diuina in sacrificio visibile et se laude la posansa de dio
che in quello medesimo sacrificio tante o uere marauegiosse etiã dio de si salutifero et dol-
ce beneficio se referano a meser domenedio debite gratie. Or se in lo di de la cẽna soe de zo-
bia sancta quãdo se ordenato questo sancto sacrificio in le messe in parte se facia speciale
mentione de quello: niente di meno tuto lo auanso de lo officio de lo dito iorno de zobia i
sancta se apertene ala passione de xpe: Circha lo honore de la quale passione la yesia i quelo
tempo e occupata per la qual cossa aso per intrego officio de feriale lo ordine de si grande
sacramẽto lo populo se aregorde de dio:- Vrbano quarto vescouo e papa tuto infiamato
de la deuotione de questo sacrificio pietosamenti a statuito la memoria de questo
sacrificio et la deuotione: la prima quinta feria soe la prima zobia da poi la octaua
de pentecoste esser feriata da tuti li fideli cristiani acio che noi chi tuto lo anno questo
sacrificio usemo a saluatione nr̃a: noi se arecordiamo de la ordenatione soa: special-
menti quelo tempo in lo quale lo spirito sancto si a amaistrato li cori de li discipuli a
cognoscere li misterij de questo sacrificio: et in quelo medesimo tempo questo sacrificio
si se incomẽsa de usare da li cristiani: como se lege in li acti de li apostoli che eli perceuerauão
in la doctrina et in la comunicatione de lo pane: et incõtinẽte in le oratione da poi lo
mandar de lo spirito sancto :~

La figura de questo sacrifio e andato auanti quando meser domenedio fece piouere la mãna ali
padri in lo deserto qui se pasceuano de cõtinuo norigamẽto de lo celo: per la qual cossa e scripto
panem angelorũ mãducauit homo: cioe lo homo a mangiato pane de angeli: Ma niente di-
meno tuti queli chi hano mangiato questo pane sono morti in lo deserto: Questo cibo che
voi prendeti si e pane viuo chi e desceso dal cielo: et aparegia la substantia de uita eterna: et
siascaduno chi se cõmunichera de questo pane nõ morira in eterno: impero che ello e corpo de xpe.
Considera adoncha quale e megiore o pane de angeli o carne de xpe chi e corpo de uita: quella
mãna si e de celo: questo sie sopra lo cello: quella sie de celo: questo sie dio de lo celo: quella sie
sotomissa a corruptione se ella se aseruasse a uno altro iorno questo in niguna mainera non se po
corumpere. Ciascuno chi religiosamẽti receuera questo pane nõ pora uegnire a coruptiõe
ne a male alcuno. A queli de lo deserto si fo trato aqua da la petra e a te sangue de xpe: queli p
una hora si se satiano de laqua: et lo sangue de xpe te satia in eterno :~

Odi e intendi le parole de lo sancto euãgelio de meser san iohanne: in quello tempo dice iesu ali soi
discipuli et ale turbe de li iudei: mi sono pane de uita: vostri padri hano mangiato mãna in lo deser-
to et sono morti: questo e pane chi descende del cielo: mi sum pane viuo chi de cielo sono desceso
se alchuno se cõmunichera de questo pane ello uiuera in eterno: et lo pane che mi ge daro si e car-
ne mea per saluatione de lo mondo. Per queste parole questionauano li iudei insieme digando
como questo ne po dare a mangiare la soa carne. Jesu xpe li dice in uerita de in uerita ve dico
se uoi nõ mangiereti la carne de lo filiolo de lo homo et nõ beuereti lo suo sangue: nõ haueretì
uita in voi: chi mangia la mia carne et beue lo mio sangue si a vita eterna: et mi lo resusci-
tero in lo nouissimo iorno. Certo la mea carne ueramenti e cibo et lo mio sangue ueramẽti

Sequitur in 37





e beuenda: chi mangia la mia carne et beiue lo mio sangue si sta in mi et my in lei: cossi como
me a mandato lo uiuēte padre et my viuo per lo padre: et qui se cōmunica de my quello viue-
ra per my: questo e pane chi de celo e desceiso: nō cossi como li vr̄i padri hāno mangiato la
māna et sono morti: chi mangiera questo pane viuera in eterno :~

Pero che in questo sancto euangelio se dito chi mangia la mea carne et beiue lo mio san-
gue si sta in mi et my in lei. Nota che quello chi nō sta in xp̄o sensa dubio nō mangia spiri-
tualmēti la soa carne: a ben che lo senta in bocca et visibilemēti lo mastige cū li denti: li sacra-
menti de lo corpo et de lo sangue de xp̄e: ma lo sacrificio de tanta cossa quello chi lo mangia
et beiue: lo mangia a suo iudicio et a suo dano grandissimo: Chi presume de andare bruto
a receuere lo sacramento de xp̄e nō seando degno: chi lo uole receuere bisogna che sia neto
como dice lo euangelio: beati mundo corde quoniā ipi deū videbunt: beati quelli chi hano lo
core neto pero che eli vederano dio :~

Et lo segnor dio gloriosissimo pane viuo et uerace per la soa sanctissima passione ne done gra-
tia che beati noi lo possiamo uedere in la soa gloria in secula seculorum Amen :~

Iube dompne benedicere :· Corpus dn̄i nr̄i yh̄u xp̄i perducat nos ad gaudia paradisi :~

Fratres. Conueniētibus uobis in vnū iam nō est cenā dominicā mādūcare. Vnusquisque enim
suam cenā presumit ad manducandū. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid
domos nō habetis ad manducādum et bibendū? Aut ecclesiam dei cōtemnitis et cōfun-
ditis eos qui nō habent? Quid dicā uobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a
domino quod et tradidi uobis: quoniā dn̄s yh̄s in qua nocte tradebatur. accepit panem
et gratias agens fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Hoc
facite in meam comemorationem. Similiter et calicem postquam cenauit dicens. Hic calix
nouum testamētum est in meo sanguine: hoc facite in meā cōmemorationē. Quotiens
enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini anūtiabitis donec
ueniat. Itaque qui manducauerit panem uel biberit calicem domini indigne: reus erit
corporis et sanguinis domini. Probet autem se ip̄m homo et sic de pane illo edat et de
calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: nō
diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi et imbeciles et dormiūt multi.
Quod si nos metipos diiudicaremus: nō utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a dn̄o
corripimur: ut non cū hoc mundo damnemur. Tu autē domine miserere nostri :~

Hic dicatur lauda. vz. O. voi serui e deuoti :· nō dicitur in nomie p̄ris :~
Distribuito pane cū potu. incipiatur euangeliū ut infra. interim prior 9 subpriore
induātur capa et precingant se de toualys ad modum crucis: et quādo dicetur
deinde missit aquā in peluim, tunc incipiant lauare pedes oīum fratrum :~

Ante diem festum pasce sciens iesus. Iube dompne benedicere :· Euangelica 2 9ᵃ
quia venit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem: cū dillexisset suos qui erāt in mū-
do in finem dillexit eos. Et cena facta cū diabolus iam misisset in cor: ut traderet eū iudas
simonis scariotis: sciens quia oīa dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit et ad deum
vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua. Et 9 accepisset linteū precinsit se. Deinde
missit aquam in peluim: et cepit lauae pedes discipulorū suorū: et extergere linteo quo
erat precintus. Venit ergo ad simonē petrū: et dixit ei petrus. Domine tu michi lauas
pedes? Respondit ih̄s et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea.
Dicit ei petrus. Non michi lauabis pedes in eternū. Respondit ei iesus. Si nō lauero
te: non habebis partem mecū. Dicit ei simō petrus. Domine nō tantū pedes meos: sed et
manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non indiget nisi ut lauet pedes: sed est
sed est mundus totus. Et uos mundi estis sed non omnes. Sciebat enim quisnā esset
qui traderet eum. Propterea dixit: nō estis mundi oēs. Postquam ergo lauit pedes eorum

accepit uestimenta sua: et cũ recubuisset: iterũ dixit eis. Scitis quid fecerim uobis?
Vos uocatis me magister et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes
vrõs dñs et magister: et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi
uobis: ut quemadmodum ego feci uobis: ita et uos faciatis. Tu autẽ dñe miserere nri.
Amen amen dico uobis: non est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior eum qui misit
illum. Si hoc scitis beati eritis si feceritis ea. Non de oĩbus uobis dico. Ego enim scio quos
elegerim: sed ut impleatur scriptura: qui manducat meũ panẽ leuabit calcaneũ suũ contra
me. Amodo dico uobis priusq̃ fiat: ut credatis cũ factũ fuerit quia ego sum. Amen amẽ
dico uobis qui accipit si quem misero: me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui
me misit. Cum hoc dixisset ihs turbatus est spiritu et protestatus est et dixit. Amẽ amẽ
dico uobis: q unus ex uobis me tradet. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hesitantes
de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis iesu quem diligebat ihus. Innuit
ergo simõ petrus huic: et dixit ei. Quis est de quo dicitur? Itaq; cum recubuisset sup pectus
iesu dicit ei. Domine quis est? Respondit ihs. Ille est cui panem intinctũ porrexero. Et cum
intinxisset panem: dedit iude simonis scariotis: et post bucellã tunc introiuit in eũ satha-
nas. Dicit ei iesus. Quod facis fac citius. Hec autem nemo sciuit discumbentiũ ad quid
dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat iudas: quod dixisset ihus ei
eme ea que opus est nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepi-
sset bucellã exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset dicit eis ihs. Nunc
clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est
in eo: et deus clarificauit eum in semetipso et continuo clarificauit eum. Filij adhuc
modicũ vobiscum sum: queritis me: et sicut dixi iudeis. Quo ego uado uos non potestis
uenire. Et uobis dico modo: mandatũ uobis do nouũ ut diligatis inuicem. Dicit ei simõ
petrus. Dñe quo uadis? Respondit ei iesus. Quo ego uado non potes me modo sequi: sequeris autem pŏa. Dicit ei simõ petrus. Quare nõ possum te modo sequi? Animã meã
pro te ponam. Respondit ei yhs. Animã tuam pro me ponis. Amen Amen dico tibi: nõ can-
tabit galus donec ter me neges. Non turbetur cor uestrũ. creditis in deum et in me credite.
In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem uobis quia uado uobis para-
re locũ. Et si preparauero et abiero uobis locũ: iterũ uenio et accipiam uos ad me ipsum
ut ubi sum ego et uos sitis. Et quo ego uado sitis. Dixit ei thomas. Domine nescimus
quo uadis: et quomodo possumus uiam scire. Dicit ei yhs. Ego sum via ueritas et
vita. Nemo uenit ad prẽm: nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meũ utiq;
cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et uidistis eum. Dicit ei philipus. Dñe
ostende nobis patrem et suficit nobis. Dicit ei yhs. Tanto tempore vobiscum sum et
non cognouistis me. Philipe: qui videt me videt et patrem. Et quomodo tu dicis
ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre: et pater in me est? Verba que
ego loquor uobis: a me ipso nõ loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera.
Non creditis q; ego in patre et pater in me est? Alioqn propter opera ipa credite. Amen
amen dico uobis: qui credit in me: opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horum
faciet: quia ego ad patrem uado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.
Si diligitis me: mandata mea seruate: et ego rogabo patrem: et aliũ paraclitũ dabit
uobis: ut maneat uobiscum in eternũ: spiritum ueritatis quem mũdus nõ potest acci-
pere: quia nõ uidet eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum quia apud uos
manebit et in uobis erit. Non relinquã uos orphanos: uenia ad uos adhuc modicum
et mundus iam me non videt: uos autem uidebitis me quia ego viuo et uos viuetis.

Sequitur in 1a [illegible]





In illo die uos cognoscetis: quia ego in patre et uos in me et ego in uobis. Qui hēt mandata mea: et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo: et ego diligam eum et manifestabo ei me ipm. Dicit ei iudas non ille scariotis. Dn̄e quid factum est: quia nobis manifestaturus es te ipm et mundo. Respondit ei ih̄s et dixit. Si quis diligit me: sermonem meū seruabit: et pr̄ meus diliget eum: et ad eum ueniemus et mansionē apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum uobis: apud uos manēs. Paraclitus autē sp̄us sanctus: quem mittet pater in nomīe meo ille uos docebit oīa: et suggeret uobis oīa quecunq; dixero uobis. Pacem relinquo uobis: pacem meā do uobis. Non quomodo mundus dat ego do uobis. Non turbetur cor uestrum neq; formidet. Audistis quia ego dixi uobis: uado et uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utiq;: quia uado ad patrem quia pater maior me est. Et nūc dixi uobis priusq; fiat: ut cum factū fuerit credatis. Iam non multa loquar uobiscū: uenit enim princeps mundi huius et in me non habet quidq;. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mādatū dedit michi pater sic facio. Surgite eamus hinc:

Ego sum uitis uera: et pater meus agricola est. Omnē palmitē non fructum ferentem tolet eum. et omnē qui fert fructum: purgabit eū: ut fructū plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonē quem locutus ~~locutus~~ sum uobis. Manete in me et ego in uobis. Sicut palmes non potest facere fructum a semetipo: nisi manserit in uite: sic nec uos: si in me nō manseritis. Ego sum uitis: et uos palmites. Qui manet in me: et ego in eo. hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mitetur foras sicut palmes et arescet et colligent eum et in ignē mitent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcunq; uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pr̄ meus: ut fructum plurimū afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi uos: manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: sicut et ego pr̄is mei precepta seruaui et maneo in eius dillectione. Hec locutus sum uobis: ut gaudium meū in uobis sit: et gaudium uestrū impleatur. Hoc est enim preceptū meū: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorē hanc dillectionē nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos: quia seruus nescit quid faciat dn̄s eius. Uos autem dixi amicos: quia oīa quecūq; audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis: sed ego elegi uos: et posui uos ut eatis et fructū afferatis: et fructus uester maneat ut quodcunq; petieritis patrē in noīe meo det uobis. Hec mando uobis ut diligatis inuicē si uos mundus odit: scitote quia me priorem odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. Quia de mundo nō estis: sed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei: quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et uestrū seruabunt: sed hec facient uobis propter nomē meū quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem et locutus non fuissem eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationē non hēnt de pecato suo. Qui me odit et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum nō haberent. Nunc autem et uiderūt et oderūt et me et prēm meū. sed ut impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerūt me gratis. Cum autem uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: et uos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus sum uobis: ut non scandalisemini: absq; sinagogis facient uos. Sed

uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. et hec facient
uobis quia nõ nouerunt uos: patrem: neque me. sed hec locutus sum uobis: ut cum uenerit
hora eorum: reminiscamini quia dixi uobis. Hec autem uobis ab initio nõ dixi quia
uobiscum eram. Nunc autem uado ad eum qui me misit: et nemo ex uobis interogat
quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis: tristicia impleuit cor uestrum. Sed ego
ueritatem dico uobis: expedit uobis ut ego uadam. Si enim nõ abiero: paraclitus
non ueniet ad uos. Si autem abiero mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet
mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem quia nõ crediderunt in me
De iusticia uero quia uado ad patrem: et iam non uidebitis me. De iudicio autem
quia princeps huius mundi iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere sed
non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos
omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed quecumque audiet loquetur: et que
uentura sunt: anuntiabit uobis. Modicum et iam nõ uidebitis me: et iterum modicum
et uidebitis me: quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex disipulis eius ad inuicem
Quid est hoc quod dicit modicum et iam non uidebitis me: et iterum modicum et uidebi-
tis me: quia uado ad patrem. Dicebant ergo: quid est hoc quod dicit modicum? Nesci-
mus quid loquitur. Cognouit autem ihs: quia uolebant eum interogare: et dixit
eis. De hoc queritis inter uos: quia dixi: modicum et non uidebitis me: et iterum
modicum et uidebitis me :-

AMen Amen dico uobis: quia plorabitis et flebitis uos: mundus autem gaudebit.
Uos autem contristabimini: sed tristicia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit
tristiciam habet: quia uenit hora eius. Cum peperit filium iam non meminit presure pro-
pter gaudium: quia natus est homo in mundo. Et uos nunc igitur quidem tristitiam habetis
iterum uidebo uos: et gaudebit cor uestrum: et gaudium uestrum nemo tolet a uobis. Et in illo
die me nõ interogabitis quicquam. Amen amen dico uobis: si quid petieritis patrem in nomine
meo: dabit uobis. Usque modo nõ petistis quicquam in nomine meo: petite et accipietis: ut gau-
dium uestrum sit plenum. Hec in prouerbiis: locutus sum uobis: Uenit hora cum iam nõ in prouer-
biis loquar uobis: sed palam de patre meo anuntiabo uobis. In illo die in nomine meo
petetis: et nõ dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos:
quia uos me amastis: et credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a patre et ueni in mundum:
iterum relinquo mundum et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam
loqueris: et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia: et nõ opus est tibi: ut
quis te interoget. In hoc credimus quia a deo existi. Respondit eis iesus. Modo creditis
Ecce uenit hora: et iam uenit ut dispergamini unusquisque in propria: et me solum relin-
quetis: et non sum solus: quia pater mecum est. Hec locutus sum uobis: ut in me
pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite quia ego uici mundum.
Hec locutus est ihs: et subleuatis oculis in celum dixit. Pater uenit hora clarifica
filium tuum: ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod
dedisti ei det eis uitam eternam. Hec est enim uita eterna: ut cognoscant te solum deum
uerum: et quem misisti iesum xpm. Ego te clarificaui super terram: opus consumaui
quod dedisti michi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum clari-
tate quam habui: priusquam mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus
quos dedisti michi de mundo. Tui erant: et michi eos dedisti et sermonem tuum serua-
uerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti michi abs te sunt. Quia uerba que
dedisti michi dedi eis: et ipsi acceperunt et cognouerunt uere quia a te exiui et

sequitur in .41. c.





C crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: nõ pro mũdo: sed pro his quos dedisti michi: quia tui
sunt. Et mea oĩa tua sunt: et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: et
hi in mundo sunt et ego ad te uenio. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: ut
vt sint unũ sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in noĩe tuo. Quos dedisti michi:
ego custodiui: et nemo ex eis perijt nisi filius perdicionis: ut scriptura impleatur. Nunc autem
ad te uenio: et hec loquor in mundo ut habeant gaudiũ meũ impletum in semetipis: ego dedi eis
sermonẽ tuum: et mundus eos hodio habuit quia nõ sunt de mundo: sicut et ego nõ sum de mũdo
Non rogo ut tolas eos de mũdo: sed ut serues eos a malo. De mundo nõ sunt: sicut et ego nõ sũ
de mundo. Sanctifica eos in ueritate: sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundũ:
ita ego missi eos in mundũ. Et pro eis ego sc̃ifico meipm̃: ut sint et ipi sc̃ificati in ueritate. Nõ
pro eis ego rogo tantũ: sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorũ in me: ut oẽs vnum sint
sicut tu pater in me et ego in te: ut et ipi in nobis unũ sint: ut credat mundus quia tu me misisti
Et ego claritatem quã dedisti michi dedi eis: vt sint unũ sicut et nos unũ sumus. Ego in eis et tu
in me: ut sint consumati in unũ et cognoscat mundus quia tu me missisti: et dillexisti eos sicut
et me dillexisti. Pater quos dedisti michi uolo ut vbi sum ego: et illi sint mecũ: ut uideant
claritatem meam quam dedisti michi: quia dillexisti me ante constitutionẽ mundi. Pater iuste
mundus nõ te cognouit. Ego autẽ te cognoui: et hi cognouerũt: quia tu me misisti. Et notum
feci eis nomen tuũ et notum faciam: vt dillectio qua dillexisti me in ipis sit: et ego in ipis:-

Complectis oĩbus supradictis. cantetur Stabat mater dolorosa:- in suo cãtu:-

Stabat mater dolorosa.
Iuxta crucem lacrimosa.
Dum pendebat filius.
Cuius animã gementem.
Contristãtem et dolentem.
Pertransiuit gladius.
O quam tristis et aflicta.
Fuit illa benedicta.
Mater unigeniti.
Quis est homo qui nõ fleret.
Xpi matrẽ si uideret.
In tanto suplicio.
Vidit suũ dulce natum.
Morientẽ desolatum.
Cum emisit spiritum.

Fac ut ardeat cor meum
In amando xpm deum.
Ut sibi complaceam.
Eya mater fons amoris.
Me sentire vim doloris.
Fac ut tecũ lugeam.
Sancta mater illud agas.
Crucifixi figie plagas.
Cordi meo valide.
Virgo uirginũ preclara.
Michi iam nõ sis amara.
Fac me tecum plangere.
Per uirtutem scte crucis.
Salua nos ab inimicis.
Per eterna secula.

Postea dicatur oratio hieremie prophete in suo tono:-

✠ Incipit oratio hieremie prophete:-

Recordare domine quid acciderit nob: intuere et respice oprobrium nostrum. Hereditas
nostra versa est ad alienos: domus nr̃e ad extraneos. Pupili facti sumus absq; patre:
matres nostre quasi uidue. Aquam nostram peccunia bibimus: ligna nr̃a precio cõpera
uimus. Ceruicibus minabamur: et lassis nõ dabatur requies. Egipto dedimus manũ
et assirijs: ut saturaremur pane. Patres nostri peccauerunt et nõ sunt: et nos iniqui
tates eorum portauimus. Serui dominãti sunt nr̃i: non fuit qui redimeret de manu
eorum. In animabus nr̃is afferebamus panẽ nobis: a facie gladij in deserto. Pellis

nostra quasi clibanus exusta est: a facie tempestatum famis. Mulieres in sion humiliaue-
runt: et virgines in ciuitatibus iuda. Principes manu suspensi sunt: et facies senum
non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusi sunt: et pueri in ligno corruerunt. Senes
de portis defecerunt: iuuenes de choro psalentium. Defecit gaudium cordis nostri: versus est
in lutum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: ve nobis quia peccauimus. Propterea
mestum factum est cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem syon quia dispe-
riit: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem domine in eternum permanebis: solium tuum in gene-
ratione et generatione. Quare in eternum obliuisceris nobis: derelinques nos in longitudi-
nem dierum. Converte nos domine ad te et conuertemur: innoua dies nostros sicut a principio.
Sed proiciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer. Hyerusalem hierusalem
conuertere ad dominum deum tuum. Deinde dicitur sancta crux. Postea per puerum dicitur. Ap-
torrene etc. cum oratione. Respice quesumus. Finis.


I·N·R·I


·I·N·R·I·







✠ Homelia in dominica Resurrexionis dni nri yhu xpi.
Iube dompne benedicere. Euangelica lectio R̄ch.
✠ Lecti sancti euangelij secundu Marcum.

IN illo tempore. Maria magdlena et maria iacobi et salome: abeuntes emerut aromata
ut venientes vngerent iesum. Et reliqua homelia sancti gregorij pape. Multis uob
lectionibus fratres carissimi: predicatum loqui consueui. Sed quia lassescete stomaco:
ea que dictauera legere ipse non possum: quosdam uestrum minus libenter audientes ituero.
Vnde nuc ame metipso exigere contra more uolo: ut inter sacra misaru solemnia lectio-
nem sancti euangelij: non dictando sed quoloquendo edisseram: sic q3 excipiatur ut
loquimur. Quia collocutionis uox corda torpentia plus qm lectionis sermo excitat: et
quasi quada manu solicitudinis ut euigilent pulsat. Et quide ad hoc opus me suficere
posse non uideo sed tamen uires quas imperitia denegat caritas ministrat. Scio nanq3 qui dixit
Aperi os tuum et adimplebo illud. Bonu ergo opus nobis in uoluntate sit: nam ex diuino
adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum etiam resurrectionis dominice tanta
solemnitas. Quia et indignu ualde est ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis:
quo uidelicet die caro resurrexit auctoris. Audistis fratres carissimi q sancte mulieres que dnm
fuerunt secute: cum aromatibus ad monumentu uenerunt: et ei que uiuente dillexerant: etia
mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia significat
gerendu. Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt: quatenus cogitemus etia que
nobis sunt ex eor imitatione facienda. Et nos ergo in eu qui est mortuus credentes: si odore
uirtutu referti: cum opinione bonor operu dnm querimus: ad monumetum profecto illius cu
aromatibus uenimus. Ille mulieres autem angelos uident: que cum aromatibus uenerunt
Quia uidelicet ille mentes supernos ciues aspiciut: que cu uirtutu odoribus ad deum per scta
desideria proficiscutur. Tu autem dne qui resurrexisti amortuus salua nos et miserere nostri.
℣. Surrexit dns de sepulcro all'a. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno. all'a.

.Oremus.

DEus qui hodierna die per unigenitu tuu eternitatis nobis aditu de uicta morte reserasti: uota
nostra que preueniendo aspiras etia adiuuando prosequere. per eundem xpm dnm nostru.

✠ Homelia in feria secunda pasche. Iube dompne R̄ch.
✠ Lectio sancti euangelij sm lucam.

IN illo tempore. Duo ex discipulis iesu ibant ipsa die in castelu qd erat in spacio stadiorum
sexaginta ab ierusalem: nomie emaus. Et reliqua homelia sancti gregorij pape. Ecce
audistis fratres carisimi: quia duobus discipulis ambulantibus in via: no quidem crede-
tibus: sed tame de se loquentibus: dns apparuit. Sed eis specie quam recte cognoscerent:
non ostendit. Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporeis: qd apud ipsos agebatur
intus in oculis cordis. Ipsi namq3 apud semetipsos intus et amabant et dubitabant.
Eis autem dominus foris et presens aderat: et quis esset no ostendebat. Verba quidem
contulit: duritiam intellectus increpauit: Scripture sacre misteria que de ipso erant
aperuit. Tu autem dne qui resurrexisti amortuus: salua nos et miserere nostri.
℣. Surexit. ut sup'. .Oremus.

DEus qui solemnitate pasquali mundo remedia contulisti: populu tuum quesimus celesti
dono prosequere: vt et perfecta libertatem consequi mereatur: et ad uitam perficiat
sempiternam. per xpm dnm nrm.

Incipit natiuitas sci bartholomei apli.

FUit quidā princeps in India ma
ior. ita magnus. q erat sedes arce
re: Et iste pñceps habebat uni
cam filiā. ita pulcrā 7 gratiosā te
la. q in toto regno illo nō erat ali
qua ita pulcra. 7 nō habebat aliū heredem.
cam super omnia diligebat. que
tum erat in etate perfecta: Deus au
tem reuelauit demonibus. q ex illa puel
la nasceretur puer unus. p quē ydole fri
geri 7 anichilari deberent: Quo
intellecto demones. habito int se ɔsilio. dif
finierunt oīo destruere eam: Unde ɔ pu
ella eēt iuuencula. 7 pulcerrima nō pos
sent eam subducē. nec uim possent ei
inferre: quia deus custodiebat eam: co
gitauerunt per patrem occidere eam tali
modo: Cognoscebant patrē ēē prodi
gum: Unde disfinierunt ipm deducē
ad paupertatē. ut cum omnia expendis
set. dando ei pecuniam. omnia mala eī
facē procurarent: Introduxerunt igitū eū.
q omnia que hēbat expenderet. sic q ni
chil ei remansit: Quo facto homo doluit.
et desperauit. 7 non sustinens uerecūdiā
hominū. inter quos ɔsueuerat habun
dare: cogitauit ad regiones longius se
transferre: ubi uitam sine uerecundia du
ceret infelicē: Dimissa igit uxore cū
filia. in paupertate maxima: solum cū
uno equo recessit: Quadam die uenit
ad quandam solitudinē: ubi dum lap
sus quiesceret. supuenit diabolus in spe
ciem cuiusdam militis. 7 interrogauit qs
eēt. quo tenderet. 7 quare tristis eēt: Cui
cū oīa retulisset: subiunxit diabolus. si
uolueris fieri meus homo. dabo tibi plura
q unq habueris. sis q potueris exigere do
mos tuas 7 predia. 7 stare largius q unq
steteris: Quo interrogante quis eēt. dix
se fore diabolū. 7 addidit ei. noli timere. q
nullum malum faciam tibi: sed ero tuus
bonus amicus: Hoc intellecto miser ille
homo. ut posset diuitias. fecit sibi homagi
um. promittens ei se grato futurū. dū
illam pecuniam daret ei: Tunc diabolus
ait ei. reuertere domum tuam. 7 in tali loco in
uenies tantum aurum qntum unq hūisti.
Reuertens igitur domū inuenit tantum
auri. q recuperauit omnia que ante dissi
pauerat. 7 cepit maiores largitates facere
q antea fecerat: Uxor eius 7 filia libenter
eum uiderunt. sed uxor eius mirabat unde
tantam pecuniam hūisset. 7 sepius interro
gabat eum. sed nunq uoluit sibi reuelare
nec dicere: Dicebat autem uxor marito:
uos scitis ad quantam paupertatē deuenistis
pp largitates quas faciebatis. 7 quomodo uos
deridebant. unde rogo pp deum ut tempere
tis istas expensas. ne amplius ad tantam mi
seriam deueniatis. 7 non audiens eam omnia
expendebat: Cum autem omnia citius expē
disset 7 nichil hēret. recessit iterum desperatus
Et cum peruenisset ad locum ubi prius appa
ruerat ei diabolus: iterato diabolus in eadē
forma apparuit ei dicens: Cognoscis me. cui
cum dixisset sic: Ait diabolus scio q omnia
que tibi dedi expendisti. sed ne timeas q
non deficiam tibi cum amicus tuus bonus
sim: Si igitur uolueris uoluntatem meā
facē. dabo tibi aurum in duplum q ante de
deram: Cui ille princeps. quid uultis ut fa
ciam uobis: Cui diabolus. uolo illud mo

dicium: quod tu amputes ambas manus fi
lie tue: Qui cum audiret factum esse dic
ei. quod potius vellet mori quam hec facere: Respon
dit diabolus. vade igitur ad viam tuam: quia
fame morieris. Ille autem considerans quod
filia non moreretur. propter hec alliciens pecunia
sibi a diabolo promissa. promisit hec se fac
turum. Tunc dixit dixit diabolus: Va
de et quere in tali loco. et invenies aurum in du
plum quam prius: et expende large: quia adhuc
plura tibi dabo: Qui reversus invenit sicut
dixit ei diabolus: sed dolens de filia non
amputabat ei manus: Cui apparens dya
bolus duriter redarguit eum. quod non comple
visset quod promiserat: cum tanta bona
sibi fecisset: Tunc ille vocatis uxore et filia
dixit. quod omnino oportebat quod ampu
taret manus filie sue. quia hec preceperat sibi ami
cus suus: Que valde ceperunt contristari et
misericordiam petere. Sed nichil valuit. quia statim
amputavit ambas manus eiusdem filie sue.
Et cepit iterum subgestione demonum largi
us expendere: Cum tamen reprehenderet eum
cotidie uxor sua. tempora preterita memora
do: tamen in brevi tempore omnia expendidit.
et verecundia ductus. sicut prius. recessit: spe
rans iterum invenire amicum suum. ut sibi faceret
bona: Cum autem pervenisset ad locum. appa
ruit ei diabolus. sicut prius. confortans eum
et dicens: noli timere: Si vis facere voluntatem
meam: duplicem habebis aurum quod tibi dedi prius:
At ille interrogavit quid vellet. Respondit
diabolus: Volo ut interficias filiam tuam et
dabo tibi tantum aurum. quod non poteris ex
Cui ille respondit. quod potius volebat mori
quam hec facere: Cui diabolus ait: Vade ergo
ad viam tuam: quia nichil dabo tibi. Videns

iste diabolum recedentem cogitabat se me
lius facere si occideret filiam suam: quam tantis
bonis carere: Unde vocato eo promisit ei.
quod occideret filiam suam: Tunc rever
sus domum invenit tantum aurum quod quan
tum numquam habuerat: Unde vocatis uxore
et filia dixit quod volebat omnino occidere fi
liam suam: Cum vero ille flerent et dicerent.
quare hec facere vellet: Respondit. doleo usque
ad mortem. quod oportet me hec facere: quia a
micus meus qui tanta michi bona contulit
hec michi precepit: cuius preceptum spernere non possum.
Vocatis igitur duobus servis suis. precepit eis
sub pena capitis. ut ducerent filiam suam
longius ad heremum et interficerent eam. Ad
quam solitudinem ductam: dum vellent
eam occidere: illa genu flexo petiit veniam
dicens: Promitto deo et vobis. si parcitis
in vitam: quod ego vadam ad talem locum quod
numquam audietis aliquid de me: Illi autem
videntes eam tam pulcram et gratiosam ve
lud rosam: Verumtamen a deo inspirati di
miserunt eam dicentes: Vade ad talem locum
quod pater tuus numquam audiat aliquid de te: quia
nos occideret: Ista autem vadens vacabunda.
flens et dolens et rogans deum ut eam diri
geret. Nutu dei pervenit ad quandam con
gregationem nobilium dominarum: ubi
soror regis illius regionis erat abbatissa:
Sorores autem videntes eam toto corpore
pulcram et formosam: sed manibus amputa
tam. plurimum admirate. sollicite requirebant
quis esset. et unde venisset. Ipsa nichil dicebat
eis de veritate. ymmo alia finxit: Fuit aliquo
tempore cum eis conversata: et tamen a domina
et sororibus predilecta. deo sibi faciente ut omnes
eam quasi propriam germanam haberent: Rex

nero illius regionis frater istius abbatisse
erat senex: sed habebat filium pulcerrimum.
qui inductus et rogatus ut daret uxorem
filio suo: ne regnum amitteretur. voca
uit filium suum volens ei dare uxorem. et
dicens ei voluntatem baronum: Filius
a deo inspiratus. respondit nolo modo ad
huc uxorem: Breuiter rogatus a patre.
et a matre et ab a baronibus non potuit induci.
ut illo tempore uxorem acciperet: Qua
dam ergo die perrexit visitare amitam
suam pergens venando per illam solitudi
nem. et videns istam iuvenculam ita pul
cerrimam et gratiosam sine manibus: interro
gauit amitam suam. que esset: et audiens
de conditionibus. intantum fuit captus
de ea: quod dissimulavit in corde suo. numquam
aliam se habiturum uxorem: Et veniens
domum dixit patri: Si vultis michi da
re uxorem. talem accipiam et non aliam:
Cuius conditionibus auditis pater dixit:
Cum ignoremus unde nata sit. et etiam
sine manibus habeatur. non convenit tibi:
Iste iuvenis sepe visitabat amitam suam
ut istam videre posset: cum aliquam ali
am numquam duceret: Tandem rex moritur.
et filius factus est rex: et coronatur. et mit
tens contra voluntatem omnium acce
pit eam in uxorem: Que intantum fu
it gratiosa [erga] maritum. familie et toti re
gno. quod ab omnibus amabatur. Quo tem
pore iuvencula gravidatur: Sed regem
oportuit ut cum magno exercitu lon
ge contra quosdam rebelles: qui recederet
commendavit uxorem matri sue et fami
lie. ut diligentissimam eam curam haberent.
Cum ergo tempore eam parituram ante quam

rediret: Rex ergo congressus cum inimicis
ad libitum post victoriam revertebatur: Inte
rim uxor peperit filium ultra modum pulcer
rimum: post cuius partum socera misit nu
ntium ad filium cum litteris continen
tibus quomodo filius pulcerrimus ei natus
erat: et quomodo uxor sua se gratiose habebat
et honeste: Nuntius volens cito ire prima
die intantum equum laxavit. quod non po
tuit ad hospitium aptum venire: sed in via
oportuit eum stare: Tunc apparuit ei dyabo
lus in specie hominis rogans eum ut decli
naret a via ad quodam hospicium suum
ubi omnia necessaria copiose haberet: Qui
libenter divertens fuit optime a dyabolo pro
curatus: Sed cum quiesceret nocte. dyabo
lus accepit ei litteras quas portabat: et com
bussit eas: et fecit alias ex parte matris illius
regis et baronum quos reliquerat. continen
tes quomodo uxor sua se pessime habuerat
postquam recessit. et quod ipsa habuerat turpem
quandam creaturam ita deformem. quod vi
debatur a dyabolo generata: Unde videtur
nobis bonum comburere matrem cum crea
tura ita deformi: Expectabimus tamen sen
tentiam vestram: Nuntius pervenit ad
regem: et nuntiavit optima noua de filio
pulcerrimo nato. et de uxore tam gratiose
se habente: et presentavit ei litteras: quas legens
rex miratus est multum: quia littere contra
ria nuntio continebant: Nichil tamen ei
dixit. sed sepe interrogabat nuntium de
materia illa: Et scripsit matri sue et baroni
bus. quomodo et qualiter habuerat victori
am de inimicis. et reuertebatur cum omni
exercitu suo. et quod ipsi interim servarent ei
uxorem et natum: Nuntium vero non ho

notauit ut debuit. ita quod nuptius multum
miratus fuit: Rediens igitur nuptius cum lic
teris regis: iterum hospitatus fuit cum dya
bolo sicut prius procurante ipso dyabolo: Qui
nuntio quiescente accepit ei litteras re
gis: et scripsit alias litteras matri et baroni
bus ex parte regis talia continentes: Cum
receperitis has litteras sicut habetis caram
uitam uestram. accipite uxorem meam et
creaturam quam peperit: et occidite eas: quia
credo esse dyabolum: Perdidi enim bellum
cum inimicis meis et admisi de gente mea
multos propter peccata uxoris mee ut credo. un
de nolo eam amplius uidere: Et nisi comple
tum fuerit quod scripsi uobis: dum uenero e
omnibus capita eleuari faciam: Regina ma
ter regis et barones lectis litteris doluerunt
usque ad mortem: et licet dicerent nuntius
contraria uoluerunt tamen obseruare litte
ras regis: Unde iuuencula illa cum pue
ro adhuc in puerperio decubante tradide
runt militibus quibus precipientes eis sub pe
na capitis: ut ipsam ductam ad desertum cum
filio suo occiderent: Cum autem ducta fu
isset ad solitudinem: et eam uellent occidere.
interrogauit eos quare hoc facere uellent.
Qui dixerunt ei: Rex hoc mandauit: Tunc
genu flexo abortis lacrimis cepit ab eis mi
sericordiam postulare: promittens eis se ad
ignotas iturum partes. per modum quod de ea
numquam nouum haberent: Diuino in hac
parte interueniente spiramine: placuit mi
litibus predictis eam dimittere: dicentes ua
de in nomine domini: quia potius mori
uolumus quam te occidere: Et ponentes pue
rum in brachiis eius recesserunt: Tunc ce
pit ipsa deum collaudare. qui eam de manibus

liberauit a morte: cum lacrimis adiciens
ut eam dignaretur ita derelictam dirigere.
ne cum partu tenero ignara locorum: et om
ni auxilio destituta periret: Tunc pius
dominus altissimus deus. qui ad se recur
rentes frustrari non patitur. uolens eius
tristicie finem imponere misit ad eam duos
angelos in effigie hominis: qui accipien
tes puerum. baptiçauerunt eum. in no
mine patris et filii et spiritus sancti: Postea pue
rum deponentes in terram: dixerunt ei.
accipe nunc puerum: Que cum diceret i
non possum si uos non ponitis ipsum in i
brachiis meis: Tunc illi dixerunt. tem
pta et tange eum: Que cum tetigisset puerum
cum brachiis: statim manus pulcerrime
restitute sunt ei: Tunc dixerunt ei se esse
angelos a domino altissimo deo missos: ad
dentes. puer iste cum fuerit magnus. om
nia predicta uindicta destruet et finiet: Unde
demones hoc dei uoluntate presentientes uo
luerunt te occidere: Sed dominus altissi
mus deus non permisit: Dixerunt ei eti
am omnia que fecerant demones cum pa
tre suo: et postea cum nuptio regis: preci
pientes ei. ut puerum istum cum esset eta
tis integre deferret in terram uxoris: ad
dicentes. quod ibi apparebit quidam pro
pheta qui uocabitur christus: et erit filius dei: Ille
propheta baptizabit eum in spiritu sancto: et igne.
et faciet eum regem alterius regni. incom
perabiliter melioris et maioris quam sit regnum
in quo natus est: Qui angeli post uerba
predicta duxerunt eam cum puero ad mo
nasterium sororis regis ubi prius steterat.
Et commendauerunt eam domine abbatisse:
quo facto recesserunt: Tunc abbatissa

auditis omnibus a puella: misit pro re
ge nepote suo: et tradidit ei uxorem suam
cum filio et manibus restitutis a deo: Et
narrauit ei omnia que diabolus fecerat
a principio cum patre uxoris: et quis e
rat pater eius: Quibus auditis tantum
gaudium habuit de uxore inuenta cum
manibus et cum filio: et etiam quia nobi
lis erat: quod uix posset explicari: Unde mi
sit pro patre et matre uxoris: et pro baroni
bus: et narrauit eis omnia que acciderant
ei: Et fecit maius festum quam umquam fecerit.
Puer autem crescebat ultra alios et reple
batur sapientia et moribus: et erat omnibus
gratiosus: Cum autem peruenisset ad eta
tem inspiratione diuina uenit in ierlm.
et factus est discipulus domini nostri yhu xpi. et
intrauit yndiam et sicut predixerat dominus.
ydola yndie destruxit sicut in sequenti le
genda continetur. AMEN:-...

✠ Omelia in tercia feria pasche.

Iube dompne benedicere. Euangelica lectio &c.

✠ Lectio sancti euangelij secundum lucam:-

In illo tempore. Stetit ihesus in medio discipulorum suorum et dixit eis. Pax uobis. Ego sum nolite timere. Et reliqua de sermone sancti augustini episcopi. Pascha xpi fratres carissimi: regnum est celorum: salus mundi occasus inferni. Gloria supernorum: uita credentium: resurrexio mortuorum: testimonium miserationis diuine. Precium redemptionis humane contricio mortis abolite. Que festiuitas dei: sacra misteria et incognita sacramenta: uirtute domice resurrexionis per angelos indicat. per populos manifestat. Hec ergo est dies dillectissimi quam fecit dominus ut audistis: excelsior cunctis: dulcior uniuersis. Tu autem domine miserere nostri:-:- ℣. Surrexit dominus de sepulcro alleluia. Qui pro nobis pependit in ligno alleluia:- .Oremus.

Deus qui ecclesiam tuam nouo semper fetu multiplicas: concede famulis tuis: ut sacramentum uiuendo teneant: quod fide perceperunt. Per xpm dominum nostrum:- Amen.:-

Homelia in albis . vz . dnica octaue pasce :~

Iube dompne benedicere :~ Euangelica lectio secundum :~

Lectio sancti euangelii secundum Iohannem :~

In illo tempore. Cum esset sero die illo una sabbatorum : et fores essent clause : ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum : uenit ihs : et stetit in medio : et dixit eis. Pax uobis. Et reliqua homelia sancti gregorii pape.

Prima lectionis huius euangelice questio animum pulsat : quomodo post resurrexionem corpus dominicum uerum fuit : quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est : quod diuina operatio si ratione comprehenditur non est admirabilis : nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa redemptoris nostri opera : que ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt : ex alia eius operatione pensanda sunt : ut rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabiliora :~

℣. Dicite in nationibus alleluia :~ ℟. Quia dominus regnauit alleluia :~

. Oremus .

Presta quesumus omnipotens deus : ut qui paschalia festa peregimus : hec te largiente moribus et uita teneamus. Per xpm dominum nostrum . :~

dominica prima post octaua pasche ~

Iube domne benedicere Euangelica ~

Lectio sancti euangelii secundum Ioanem :~

In illo tempore ; Dixit iesus discipulis suis . ego sum pastor bonus : bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis . Et reliqua : homelia beati gregorii pape . Audistis fratres carissimi ex lectione euangelica eruditionem uestram . audistis et periculum nostrum ; ecce enim is qui non ex accidenti dono . sed essentialiter bonus est . dicit . ego sum pastor bonus . atque eiusdem bonitatis formam qua nos imitemur adiungit ; dicens . bonus pastor , animam suam ponit pro ouibus suis fecit quod monuit : ostendit quod iussit . bonus pastor : animam suam pro ouibus suis posuit ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem uerteret : et oues quas redemerat : carnis sue alimento satiaret . ostensa nobis est de contemptu mortis uia ; quam sequamur . apposita forma , imprimamur . tu autem domine miserere nobis . ℣ Surrexit dominus de sepulcro alleluia ℟ . quia dominus pependit in ligno alleluia .

Oremus . Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti : fidelibus tuis perpetuam concede letitiam ut quos perpetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui . per christum dominum nostrum . Amen

Dominica secunda post octaua pasche ~

Iube domne benedicere . ℟ ~ Secunda [illegible] ~

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis modicum et iam non videbitis me et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem et Reliqua homelia beati agustini episcopi. Hec domini verba ubi ait modicu et iam non videbitis me. et iterum modicu et videbitis me quia vado ad patrem. ita erant obscura discipulis ante quã id quod dicit esset impletum ut quererentes inter se quid esset quod diceret: omnes se nescire faterentur. Hoc est enim quod eos movebat quia dixit modicu et iam non videbitis me et iterum modicu et videbitis me. Nam in precedentibus quia non dixerat modicum sed dixerat ad patrem vado et iam non videbitis me: tanquam aperte visus est eis locutus nec inter se de hoc aliquid quesierunt. Nunc ergo qd illis tunc obscurum fuit et mo manifestatum est. iam nobis utique manifestum est. Post paulum enim passus est et non viderunt eum: rursus post paulum resurrexit et viderunt eum. tu autem domine miserere nobis

℣ In resurrexione tua christe alla
℟ celi et terre Alla.

Oremus. Deus qui errantibus ut in viam possint redire iustitie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur et illa respuere que inimica huic sunt nomini: et ea que sunt apta sectari per christum dominu nostrum ℟ Amen.

Dominica tertia post octava pasche. Jube dñe benedicere. Lectio sancti evangelii secundu Joanem

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis vado ad eum qui me missit et nemo ex vobis interogat me quo vadis. et Reliqua homelia venerabilis bede presbiteri. vado inquit dominus ad eum qui me missit: et nemo interogat me quo vadis. Ac si aperte dicat: Revertar ascendendo ad eum qui me incarnari constituit: et tanta tanque manifesta erit eiusdem ascentionis claritas: ut nemini vestrum opus sit interogare quo vadam videntibus vobis: quia ad celum pergam. Bene autem cum de ascentione sua dixisset vado ad eum qui me missit: adidit et nemo ex vobis interogat me quo vadis. Superius itaque cum de sua passione protestaretur dicens quo ego vado non potesis venire: interogavit eum petrus dicens domine quo vadis: responsumque est ei quo ego vado non potestis me modo sequi. Sequeris autem postea. quia et inicium passionis mortisque eius misterium nec dum intelligere: nec dum poterant imitari. maiestatem vero ascenssionis eius statim ut viderunt cognoverunt: totisque animi votis ut sequi mererentur optabant. tu aute domine m. n.

℣ Ressurrexit Dominus alla. ℟ et apparuit Simoni alla

Oremus.

Deus qui fidelium mentes in via efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod precipis: id desiderare quod promitis: vt inter mundanas varietates ibi sint corda vbi vera sunt gaudia per christum dominum nostrum.

Dominica quarta post octaua pasche

Lectio santi euangelij secundum Joanem.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. et Reliqua. Homelia beati augustini episcopi. iam dictum est in superioribus huius dominici sermonis partibus propter eos qui nõ nulla petunt a patre in christi nomine nec accipiunt: non peti in nomine Saluatoris quic quid petitur contra rationem salutis. non enim sonum literarum ac sillabarum: sed quod sonus ipse significat et quod eo sono recte ac veraciter intelligitur. Hoc accipiendum est dicere: cum dicit in nomine meo. vnde qui hoc sentit de christo quod non est de vnico dei fillio sentiendum: non petit in eius nomine. etiam si non taceat literis ac sillabis in christum: quoniam in eius nomine petit quem cogitat cum petit. Qui vero quod non est de illo sentiendum sentit: ipse in eius nomine petit et accipit quod petit: si non contra suam salutem sempiternam petit. Accipit autem: quando debet accipere. quedam enim non negantur: sed ne congruo dentur tempore differuntur. Tu autem domine miserere nobis.

℣ Surexit dominus de sepulcro Alla

℟ qui pro nobis pependit in ligno alla

Oremus: Deus a quo bona cuncta procedunt largire suplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sunt: et te gubernante eadem faciamus. per christum dominum nostrum. Amen.

✠ Homelia in die Asumptionis dn̄i nr̄i yhu xp̄i.
Iube dompne benedicere. Euangelica lectio ꝛc.
✠ Lectio sancti euangelij secundū Marcum.

In illo tp̄re. Recumbentibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus. et exprobrauit incredulitatē illorū et duriciam cordis: quia hij qui uiderant eum resurrexisse non crediderant. Et reliqua. Homelia sancti gregorij pape. Quod resurrectionem dominicā disipuli tarde crediderūt: non tan illoꝝ infirmitas, q̄ nr̄a ut ita dicā futura firmitas fuit. Ipsa nāq; resurrectio illis dubitantibus per multa argumēta monstrata est. que dū nos legentes agnoscimus: quid aliud q̄ de illoꝝ dubitatione solidamur. Minus enim michi maria magdalene prestitit. que cicius credidit: q̄ thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando uulnerum cicatrices tetigit: et de nr̄o pectore dubietatis uulnus amputauit. Ad insinuandā quoq; ueritatem domīce resurrectionis: notādum nobis qđ lucas refert dicens. Conuescens precepit eis ab ierosolimis ne discederet: et post pauca. Videntibus illis eleuatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Notate uerba: signate misteria. Conuescens eleuatus est: Comedit et ascendit. ut videlicet per effectum comestionis: ueritas patesceret carnis. Marcus uero priusq̄ celos dn̄s ascenderet eum de cordis atq; infidelitatis duricia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est: nisi q̄ idcirco dn̄s tūc discipulos increpauit: cū corporalit reliquit. Vt uerba que recedens diceret: in corda audientium arctius ipresa remanerēt.

Tu autem domīe qui ad celos ascendisti: salua nos et miserere nr̄i.

℣. Ascendit deus in iubilatione. All'a. ℟. Et dn̄s in uoce tube. all'a.

Concede quesimus oīpotens deus: vt qui hodierna die unigenitū tuū redemptorem nostrū ad celos ascendisse credimus: ipi quoq; mēte in celestibus habitemus. Per eundē xp̄m.



In lo di de la Asension si fati deli apostoli.

In prima sio fatto
un sermon a teofilo
de tute le cosse che lo
nostro segnor deo in
comença inprumeramenti a far e
poi a prechar e amaistrar in fin a
quelo iorno che ello comanda ali apo
stoli li quai ello elese per spirito sain
to che ello prese. E ali quai ello se
manifesta e mostrase uiuo de poi la
soa pasion in monte mainere per
quaranta iorni aparuando a lor
e parlando de lo regno de deo. Et maniando
e usando cum lor. si gi comanda che
elli no se partisen de ierusalem ma
aspetasen la promision de lo paire
la qual uoi auei odia. ello dise p
la mea bocha. çoe como çoane sia
bateçao daigua. e uoi serei bateçai
de spirito sainto de chi a pochi iorni
Donde queli chi eran li. si lo deman
dauan digando meser tornarai tu
ereditarai in questo tempo lo regno
de israel. Et ello si gi disse disse lo no
sa apertien a uoi de sauei li tempi ni
le ore che lo paire a metu in la soa
podestae. ma uoi si receuerei la uer
tue de lo spirito sainto chi uerra in uoi
e si me serei testemonii in ierusalem
e per tuta iudea e samaria. in fin ale
ultime parte de lo mondo. Et abian
dito ço si se leua susa in le ayre per
se uertue dauanti da tuti. e una
nuuera lo receue e no lo poen pu uei.
e cosi sene monta in cel. Et como elli
la guardauan montando in cel. e cha
me uegnir a pe de lor doi homi uesti
de biancho chi gi disen homi galilei
a che stai uoi cosi a guardando in cel.
Questo iesu criste chi se partio da uoi
sie montao in cel si uerra cosi como
uoi lauei uisto montar in cel

Segondo mathe:

Eçando in quelo tempo li un
çe disipoli si gi aparui lo
nostro segnor iesu criste.
e si exproa segondo che dixe meser san
mathe auangelisto la lor infidelitae
e duricia de chor et maximamenti
de queli chi lauean uisto e no auean
creduo che ello fose resusitao da mor
te a uita. Et si gi disse andai per tuto
lo mondo e prichai lauangelio a ogni
creatura. Et chi creera e sera bateçao
si sera saluo Et chi no creera si sera
condanao. Et queli chi creeran si
faran questi miracoli. Inprima e

in lo nome elli si chaceran uia li
demonii e parleran noue lẽgue
çoe diuerse lengue e leueran uia
li serpenti. Et se elli beueran nisũ
na cosa ueninosa si no gi fara mar
Et meteran le man adoso ali ma
roti e seran beli e guarij. Et lo no
stro segnor iesu criste poa che ello
si gi aue parlao. monta in ce ese
çe alao drito de meser domenide
Et queli gen e p̃dichan p tuto lo
mondo façando questi segni et
miracoli. cũ laitorio de deo :·

✠ Homelia in dñica pentecostes.
Jube dompne benedicere. Euangelica lectio. Lcp̃
✠ Lectio sancti euangelij secundũ iohẽm.

In illo tempore. Dixit ihũs discipulis suis. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit
et pater meus diliget eum et ad eũ ueniemus: et mansionem apud eum faciemus. Et
reliqua. homelia sancti gregorij pape. Libet frẽs mei carissimi euangelice uerba lectio-
nis sub breuitate transcurrere: ut post diutius liceat in contemplatione tante solem-
nitatis memorari. Hodie nãq; spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos uenit:
mentes q; carnaliũ in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis: ĩtus
facta sunt corda flamantia. Quia dũ deũ in ignis uisione suscipiunt: per amorem intus
suauiter arserunt. Ipse nãq; spiritus sanctus amor ẽst: unde et iohẽs dicit. Deus caritas
est. Qui ergo mente integra deũ desiderat: profecto iam habet quẽ amat. Neq; enim qsq̃
posset deum diligere: si eum quẽ diligit nõ haberet. Sed ecce si unusquisq; uẽm req̃rit
an diligat deũ: tota fiducia et secura mẽte: respondet diligo. In ipso autem lectionis
exordio audistis: quid ueritas dixit. Si quis diligit me: sermonẽ meum seruabit.
Probatio ergo dilectionis: exibitio est operis. hinc in epistola sua idem iohẽs dicit. Q
ui dicit quia diligo deũ et mandata eius nõ custodit: mendax est. Uere etenim deum
diligimus. si mandata eius custodimus: si anris uoluptatibus cohartamur. Nam qui adhuc
per illicita desideria defluit: deũ profecto non amat: quia ei in sua uolũtate contradicit
et pater meus diliget eũ: et ad eum ueniemus et mansionẽ apud eũ faciemus. Pensate
fratres carissimi quanta sit ista solemnitas: habere in cordis ospicio aduentũ dei. Tu autẽ
dñe qui misisti spiritũ sanctũ: salua nos et miserere nostri.

℣ Repleti sunt oẽs spiritu sancto. allã. ℟ Et ceperunt loqui. allã. .Oremus.
Deus qui hodierna die corda fideliũ sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem
spiritu recta sapere: et de eius semper cõsolatione gaudere. Per xp̃m dnm nostrum.

Homelia in secunda feria pentecostes. Jube dompne benedicere. &c

Lectio sancti euangelii secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ilum non pereat: sed habeat uitam eternam. Et reliqua homelia sancti augustini episcopi. Sicut moises exaltauit serpentem in deserto: sic exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. Quomodo qui intuebantur illum serpentem: non peribant de morsibus serpentium: sic qui intuentur fide mortem christi: sanatur a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur a morte ad vitam temporalem: hii autem ut habeant uitam eternam. Non enim misit deus filium suum in mundum: ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui ergo credit in eum non iudicabitur.

Tu autem domine qui in apostolorum cordibus descendisti: salua nos et miserere nostri.

℣ Loquebantur uariis linguis apostoli. alleluia. ℟ Magnalia dei. alleluia. Oremus.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tue pie peticionis effectum: ut quibus dedisti fidem largiaris et pacem. Per christum dominum nostrum.

Homelia in tercia feria pentecostes. Jube dompne benedicere. &c

Lectio sancti euangelii secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus phariseis. Amen amen dico uobis: qui non intrat per ostium in ouile: sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Et reliqua homelia sancti augustini episcopi. Dominus iesus similitudinem posuit in hodierna lectione: de grege suo et ostio quo intratur ad ouile. Dicant ergo pagani uel iudei uel heretici: bene uiuimus. Si per ostium non intrant: quid eis prodest unde gloriantur. Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene uiuere: ut detur eis semper uiuere. Nam cui non datur semper uiuere: quid prodest bene uiuere? Quia nec bene uiuere dicendi sunt qui finem bene uiuendi uel per cecitatem nesciunt: uel per inflationem contemnunt. Non est autem cuique spes uera et certa semper uiuendi nisi agnoscat uitam que est christus: et per ianuam intret in ouile. Querunt ergo plerumque tales homines etiam persuadere hominibus: ut bene uiuant et christiani non sint. Per aliam partem uolunt ascendere: rapere et occidere non ut pastor conseruare atque saluare. Fuerunt ergo quidam philosophi de uirtutibus et uitiis subtilia multa tractantes: diuidentes: diffinientes: rationantes: acutissimos sylogismos concludentes: libros implentes suam sapientiam buccis concrepantibus uentilantes: qui etiam dicere auderent hominibus: Nos sequimini: sectam nostram tenete: si uultis bene uiuere. Sed non intrabant per ostium: perdere uolebant mactare et occidere. Quid de istis dicamus? Ecce ipsi pharisei legebant et in eo christum sonabant: uenturum sperabant: presentem non agnoscebant. Iactabant se et ipsi inter uidentes: hoc est inter sapientes: et negabant christum et non intrabant per ostium.

Tu autem domine qui viuis sine fine salua nos et miserere nostri.

℣ Repleti sunt omnes spiritu sancto. alleluia. ℟ Et ceperunt loqui. alleluia.

Oremus.

Adsit nobis domine quesumus virtus spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur aduersis. Per christum dominum nostrum.



Lo di de pentecoste. li faiti de li apostoli.

IN queli di. Como se compi li ior
ni de pentecoste. Li disipoli si era
tuti inseme in un logo cogregati
e subitamenti un son si vegne da
ce cosi como vegnise un spirito cũ
grande exforço. e si inpi tuta la cha
sa. unde elli segean. e si gi aparui co
lengue de fogo partie lũna da laltra
e sege soura cascaũ de lor. e fon tuti
pin de spirito santo. e incomençan
a parlar tuti lenguagi. como el si se
gondo che lo spirito santo li daxea
parlar. Om in ierusalem habitauan
que elomi relegiosi dogni genera
cion. che sota da lo ce. Et diuulga
questa cosa p tuto ierusalen. e si se
amasã una grande gente de tute
mene. ali apostoli. e fon quaxi tuti
confuxi in lo lor chor inpço che ca
scaũ si li odiua parlar la soa lẽgua
pfetamẽti in la quar ello era nao.
Et eran tuti stupefaiti e si se mara
ueiauan digando. No sũ tuti que
sti chi parlan galile. E como po es
questo che noi li auemo o parlar
cascaũ la nostra lengua in la qua
noi semo nai. parti e medi e ela
mite. e chi abiten in mesopotam
ia. e in iudee. e in capatocia e in poto
e in asia. e in frigia. e in panfilia e in
egypto. e in le parte de libia. che e
da cirenea e li stranier roman. li
que e iuosalem. queli de creti e de arabia
si li auemo odio parlar in nostra le
gua. le marauegiose cose de deo. Segõdo

Çoane.

IN quelo tenpo disse lo no
stro segnor de iesu criste. ali soi di
sipoli. chi mama. fara ço che e dito
o me paire lamera. e mi e lo me
paire uerremo a esso. e si abiteremo
cũ esso. Et quelo chi no mama si no fa
ço che e digo ni cura de le mee parole
e la parola. che e uo dita. e ço che uoi ma
mauei odio parlar sinõ de me. mae de lo
me paire. chi ma mandao. Et siuo dito
queste cose stagando cũ uoi. ma lo spi
rito santo. che lo me paire ue de mãdar
in lo nome me quelo siue mostrera. e si
ue arregordera tute le cose che e uauero
dite. E ue laxo la mea paxe. e si ue da
go la mea paxe. no se turbe lo uostro cor
ni none dubite. Voi auei odio che e uo
dito e uago e uegno a uoi. se uoi me
amasi uoi seresi alegri. de ço che e me
ne uago alo me paire. inpero che lo
me paire sie maor de mi. Et questo ue
digo e aora auanti che lo sea. aço che
quando ello sera faito uo lo crea. Et
no parlero e ça guari cũ uoi. Ele uegn
nue a mi lo principo de questo mon
do. e si no a trouao niente in mi. ma aço
che lo mondo cognosa che e amo lo me
paire. e si faço segondo che lo me pai
re ma comandao.

✠ Homelia in die sancte trinitatis :- Iube domne benedicere. Euangelica. lectio.
✠ Lectio sancti euangelij secundum iohannem :-

In illo tempore. Dixit yhesus discipulis suis. Cum uenerit paraclitus quem ego mittam
vobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit
de me. Et reliqua. homelia sancti leonis pape. Cum ad intelligendam dignitatem sancti spiritus
aciem mentis intendimus: nichil diuersum ab excelentia patris et filij cogitemus.
Quia in nulo ab unitate sua: diuinitatis essentia discrepat. Sempiternum est enim patrem
filij sui esse genitorem: Sempiternum est filio intemporaliter a patre esse progenitum:
Sempiternum est quoque spiritui sancto: spiritum esse patris et filij: ut numquam pater sine filio
numquam pater et filius sine spiritu sancto fuerint. Et omnibus exclusis existentie gradibus
nulla ibi persona sit anterior nulla posterior. Huius enim beate trinitatis et incommutabilis
diuinitatis: una est substantia indiuisa in opere: concors in uoluntate: par in omnipotentia equalis
in gloria. Tu autem domine miserere nostri. ℣. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.
℟. Laudemus et super exaltemus eum in secula. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione uere fidei eterne trinitatis
gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare unitatem: quesumus: ut eiusdem fidei fir-
mitate: ab omnibus semper muniamur aduersis. Per xpistum dominum nostrum :-

✠ Homelia in festo corporis xpisti :- Iube dompne benedicere :- Euangelica. lectio :-
Lectio sancti euangelij secundum iohannem :-

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea uere est cibus: et
sanguis meus uere est potus. Et reliqua homelia sancti augustini episcopi. Cum enim
cibo et potu id appetant homines ut non esuriant neque sitiant: hoc uere non prestat nisi
iste cibus et potus. Qui eos a quibus sumitur: immortales et incorruptibiles facit
id est societas ipsa sanctorum: ubi pax erit et unitas plena atque perfecta. Propterea quippe
sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei: dominus noster iesus xpistus: corpus et
sanguinem suum in eis rebus commendauit. Que ad unum aliquid rediguntur. Ex multis
namque granis unus panis efficitur: et ex multis racemis uinum confluit. Denique iam ex-
ponit quomodo id fiat quod loquitur: et quid sit manducare corpus eius et sangui-
nem bibere. Et qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet
et ego in eo. Et qui manducat me et ipse uiuet propter me. Tu autem domine miserere nostri :-
℣. Panem de celo prestitisti eis alleluia :- Omne dellectamentum in se habentem. alleluia :- Oremus :-

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus:
ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria uenerari: ut redemptionis tue in nobis
fructum iugiter sentiamus. Per xpistum dominum nostrum :-

✠ Homelia in prima dominica post trinitatem :- Iube dompne benedicere :- Euangelica. lectio.
lectio sancti euangelij secundum lucam :-

In illo tempore. Dixit yhesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater uester misericors est.
Et reliqua homelia sancti augustini episcopi. Intendite fratres ipsam misericordiam et iudicium. Misericordie
tempus modo est: iudicij autem tempus post erit. Unde est nunc misericordie tempus? Vocat modo auersos:
donat peccata conuersis: patiens est super peccatores donec conuertantur. Quandocumque conuersi fuerint
preterita obliuiscitur: futura promittit. Hortatur pigros consolatur afflictos: docet studiosos: adiu-
uat dimicantes: neminem deserit laborantem et clamantem ad se. Donat unde sibi sacrificetur: ipse tribuit
unde placetur. Tu autem domine miserere nostri :-
℣. Benedictus es domine in firmamento celi :- Et laudabilis et gloriosus in secula :- Oremus :-

Deus in te sperantium fortitudo: adesto propitius inuocationibus nostris: Et quia sine te nichil potest
mortalis infirmitas: presta auxilium gratie tue: ut in exequendis mandatis tuis: et uoluntate tibi
et actione placeamus. Per xpistum dominum nostrum :-

✠ Homelia in Asumptione bte marie uirginis.
Iube dompne benedicere. ~ Euangelica lectio ℞.
✠ Lectio sancti euangelij secundum lucam.

Intrauit yhus in quodam castellum: et mulier quedam marta noie excepit illum in domu suam. Et reliqua homelia sancti austini episcopi. Sanctum euangeliu cum legeretur audiuimus a femina religiosa susceptum esse dnm hospicio: ea que marta uocabatur. Et cum ipa esset occupata in cura ministrandi: soror eius maria sedebat ad pedes domini: et audiebat uerbu eius. Laborabat illa: uacabat ista. Illa erogabat: hec implebatur. Uerū tamē marta multum in illa occupatione et negocio ministrandi interpelabat dominum: et de sorore sua conquesta est: q eam laborantem non adiuuaret. Dominus autē pro maria respondit marte: et ipe eius est aduocatus: qui iudex fuerat interpelatus. Marta inquit: cura multa es occupata. Porro unū est necessarium. Maria optimam partem ellegit que non auferetur ab ea. Tu autem domie ~

✠ Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni eficiamur ℞.
. Oremus.

Concede nobis oipotens deus ad beate marie semper uirginis gaudia eterna pertingere: quibus de uenerande eius asumptionis tribuis annua solemnitate gaudere. Per xpm dnm nrm. Amen. ~

✠ Homelia de sancto Rocho.
Iube dompne bndicere ~ Euangelia lectio ℞.
✠ Lectio sancti euangelij secūdum matheum.

In illo tempore. Dixit ihus discipulis suis: Uigilate quia nesitis qua hora dns uester uenturus sit. Et reliqua homelia sancti Ambrosij eppi. Beati autem patris nostri rochi merita: iam in tuto possita securi magnificemus. Qui gubernaculū fidei uiriliter tenens: ancoram spei egritudinis epidimie tranquilla iam in statione composuit. Habuistis eum medicum: qui e celo lapsus est: cum quo sanitas fines nros ymo ipe sanitatū auctor intrauit. Quantos intrinsecus et extrinsecus morbo repyndimie ulneratos: angelice oris arte et orationū firmitate curauit. In nomine dni yhu xpi: qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat sine fine. Tu aute dne ~

✠ Amauit eum dominus et ornauit eum. Stola glie induit eum ~
Oremus.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: qui cuntis ad eorum patrocinia confluentibus: sue peticionis salutare prestas effectum. Concede plebi tue: ut intercedente bto rocho confesore tuo: quem in eius celebritate se deuotam exibet: a langore et epidimie peste quam in suo corpore pro tui nois gloria passus est: sit liberata. Et tui nominis semper sit deuota. Per xpm dnm nostrum. Amen. ~



Questo sie como lo nostro segnor de menaua la
soa mane in ce. e san tomao si lauia e la so corte
e si gi demandaua. e la cona nostra uolse ver
gi la caua.

Questo sie como
criste inchoro
naua la soa
maire in pa
raiso :·:




Questi
si orauã
a te ete
mandaua
gracie
iuste ete
gratie ui
te si sun
exaudie
da deo
lequale
tum radij · de
sprenti dj


Questi te
mandā gra
tie tēporae.
Lequae no ten du
ra. e nole te
mandā iusta
menti ni cū
bōna discre
cion. Inpro
gi esce fu
mo. per la
bocha: . 1 .




Questa sie la morte chi no guarda
ni a richo · ni a povero · ni a seme ni
a forte · tanti na menao · e tanti ne mene
ra e dale nisun no scampera ∴
Questo si se no defende
da la morte ∴
Viven questi chi sun ja fai de questa vita
tre cose sulequal deve tegnã esse pu chare · cha cosa
chi sea e tre lequal cose se fa gran mercado · zoe lo tẽpo
e lamor · e lamor e lo tempo se cerchera metter
in te e in lo proximo ·


Questo sie dele figure de lo mondo questo
erboro · sie in figura de lo mondo · e questi ho
mi chi sun su questo erboro si son asemeiai
ala gente de lo mõdo ·
tãto e la do
ccze de la me
che no mare
gozzo la ma
dre e de lo
mõdo inga
nevole · chi
mõte gẽte
prende
Fiio me tiene
ami su per questa scara
elevade de li perigoli dotte
ti · e · de lanima e de lo
corpo · no vedi chelo demõ
nio de te si te ferise e ler
boro unde tu e aceso cha
çera elo dragon si te
aspeta de aferrar
per menar lani
ma toa inter lo
fogo de linferno
arzurar ::
Questo e lo demõ
nio fago e re · chi
no cesa a so poder de
inganar bon e re ·
Questo e lo rato
neigro · chi si
gnificha la note
Questo e lo rato biancho
chi significha lo iorno

Questa femena chie cosi inpenta. si significha. a quella maruaxe
femena. de helena. p laquar la citae de troya fo dexfatta. e laquar
citae. Breuemente sie cosi ipenta. como ella staua i pare.




Coq sie inpento como questa femena . significa . sicomo . la
dita . herena . misse tuta la citae de troya . ale arme :–
Dicit Beatus Bernardus nõ est locus in muliere . qui nõ
sit laqueus dyaboli .



La scritura divina si parla monto
de la condicion de la femena bona.
⁊ de la rea. ⁊ dixe che cosi como lo rei
femena he stada ⁊ he ancora de mo
ti may. cosi la bona sie stada caxon
de monti ben. Diremo de le bone.
⁊ de le ree

Lo se leçe in lo vechio testamento in
lo libro de hester. che limperador
Asuero si si avea soa sposa. chi avea nome vasti.
laqual si era monto bella. ma ella era mo
soperba. per questa soa beleça. Limperador si fe un
grande convio ⁊ magnificho. voiando ello ma
nifestar la grande beleça de questa soa spo
sa. a tuti queli de lo convio si manda per
ella. che ella vegnisse ben ornaa. ⁊ ben apa
reiaa. como se deveiva a Reyna. ⁊ a Impe
ratrixe. aço che limperador navesse gloria
⁊ honor. Quella como soperba no lo vose
obeir. de che limperador fo monto torbao.
A tar forma che cun grande confusion ⁊
ello si la caça via. ⁊ no la vose retegnir
per soa sposa. ⁊ si prese una atra sposa. hu
milda ⁊ obediente chi avea nome. hester.
Laqual ello ama ⁊ honora atissimamenti
Questa vasti soperba. si figurava la nostra
prumera maire. chi fo soperba. ⁊ no vo
se obeyr a limperador de lo cel ⁊ de la terra
⁊ perço ella fo deschaçaa de lo paraiso. E tuti
queli chi procedem da ella. per lo so pechao. ⁊
ora limperador de lo cel. Si prese poa unna
atra sposa humilissima ⁊ obedientissima. ⁊
E questa fo la vergen maria. Laqual fo ⁊
amaa ⁊ honoraa da deo. sover tute le atre
done. per chi tuto lo mondo he salvao.
In apresso se leçe. in lo libro. de Judith.
duna verasissima dona. chi avea nome
Judith. laqual per le soe grande vertue
Si recevè da deo tanta forteça ⁊ tanto chore
che ella taia la testa a quello grandissimo
principo. heloferne. grandissimo inimi
go. de deo. ⁊ de lo povo. so. E cosi lo povo de deo
per le vertue de questa dona fo salvao.
E libera quella grandissima citae de betulia
Laqual era vegnua ale man de questo
helofernes. se questa dona no lavesse se
corsa. E cosi como per le vertue de questa
dona. Judith. questa citae fo salvaa. Cosi qu
ella grandissima citae de troia per una mar
vaxe ⁊ pessima femena. chi ave nome. he
lena. Si fo tuta destruta. a tar forma. che
mai poria no fo refaita.
Apresso se leçe in lo prumer libro de li Rey
duna sapientissima dona. chi avea nome
Abigail. Laqual per la soa sapiencia. Si scā
pa lo so mario chi avea nome nabal da la
morte ⁊ scāpalo lè ⁊ tuta la soa masna da la
morte. questo nabal era un grandissimo richo
Lo Rey david. pasava per la soa seirna. cum
grande gente. ⁊ avea monto grande besog
no de refrescamento. Questo nabal vilan
desconosente. de li grandi beneficij che ello
ave recevuo da david. Si respose monto vila
namenti ali soi messi. de che lo Rey david
sapareia de andargi a casa. ⁊ oacir le ⁊ tuta
la soa gente. E levargi ⁊ destruergi. tuti. li
soi ben. Sentando ço questa soa moier Abagail.
sença saputa de so mario. Si carrega bestie ⁊
de pan. ⁊ de vin. ⁊ de carne. ⁊ de monte atre
cose. E cum queste cosse si ge in contra a david.
loqual era ça in la via. per andar cum grandi
sima ira. a destrur questo nabal. ⁊ si gi apresenta
queste cosse. E sapegi si sapientissimamenti
parlar. ⁊ digando che ella no atendesse a la
vilania de nabal. perço che ello era meço
re. ⁊ iniuriago. ⁊ de niguna bontae. E che per
amor de la soa ancella. laqual no avea visti
li soi messi. gi devesse perdonar lo ofenssa. Lo
Rey david odando le soe sapientissime parole ⁊ la
soa beleça. ⁊ lo so gracioso presente. Si perdo
na a so mario. ⁊ si se retrasse de la venian
ça. che laveva pensao de far. E si gi leva tan
to amor. che ello la presse poria per moier.
de li a pochi iorni depoi la morte de lo mario.

In lo terço libro de li rey se leçe che
un Rey de Samaria chi avea nome
Achab. Si uorea avea achatar una vigna
chi era d'un so vexin chi avea nome
Naboth. Questo no gi la vorea vende
perçò ch'ella semp era staita de so pai
re e de li anasoy. De che questo Rey si
ave tanto dolor che ello se buta in leto
ni vorea maniar ni beve. Questo
si avea una soa moier chi avea nome
Jeçabel. laqual quando la cavù de lo so
dolor si çe a ello. e si se fe grande beffe
de le, che ello no savesse trovar via
seando Rey d'aver questa vigna. E si çe
questa marvaxe femena. e si prei se
lo sgello de lo Rey ocultamenti sença la
sapua de lo rey. e fe scrive letere false
e mige da parte de lo Rey ali segnori
e ali grandi de quela citade de Naboth.
Che elli devesen levar false testemonie
contra questo Naboth. como ello avea
dito mar de lo Rey. E che ello fose se
tenciao a esser alapiao e morto. Azò
che la vigna e li atri ben de questo bon
homo inocente si pervegnise a lo
dito Rey. E cossi fo faito per overa de qu
ela marvaxe femena. E perzò dixe
lo savio ecclesiastico. che noe testa
peçor de la testa de la bixia. Cossi no
he peçor de l'ira de la femena rea. Anchor
dixe che meio serea habitar cum leon
e cum dragon cha habitar cum femena
necha. e dixe che pocho e ogni maricia
a paraigo de la malicia de la femena
rea. E dixe ancora che la piaga de la
femena rea sie piaga mortar. Sala
mon dixe no atendi ale parolle de la
femena. Inperçò che le soe parole sum
false e inganoxe. Per femena fo inga
nao Sanson fortissimo. David benignis
simo e santissimo. e Salamon sapie
tissimo. Da femena fo inganao tanto,
che ella gi fe adorar le ydole. e abando
na lo segnor dé chi gi avea dao cotanta
sapiencia e tante richeçe e tante prosperitae
tenporae. che quaranta agni ello regnaa
in grande paxe sença bataie de soi inimixi. Asai
sum li mai chi sum proceuy e chi continuamenti
procen da le femene ree tuta la sainta scriptu
ra ne dixe asai. E cossi como ella biaxima le ree.
Cossi grandementi ella loa e axalta le bone. Che
cossi como le ree sum staite e sum cayù de monti
mai. Cossi le bonne sum staite e sum cayù de monti
ben. Segondo che dixe de soura. ni no se porrea
contar ni scrive in poche parole. Li grandissimi
loxi liquai da la sainta scriptura de le done bo
ne e vertuose e de li grandissimi ben liquay
da lor sum proceuy e continuamenti procen.
Dixe la scritura. che tuto lo mondo no porrea
contar le malicie e le reeçe e iotonie e le va
nitae e le yprocrixie e le falsitae e le boxie e
li ingani e la rea lengua serpentina che a la
rea femena marcaosa. Per la femena mori
Criste su la crove e per la femena mori san çoa
ne batesto e monti atri santi e gente. Cossi
como la rea he pina de tute reeçe cossi la bona
he pina de tute bontae. E de questo parla
un savio chi dixe a lo so disiporo. Dime di
siporo quar he la pu preciosa cossa chi sea.
Et ello si gi respose l'oro e l'argento. Et ello
gi disse noe. E lo disiporo respose doncha
sum elle le perle o le prie preciose. E lo mai
stro gi disse no sum. Ma la pu preciosa cosa
chi sea sie la veraxe perfeta bonna femena.
chi sea honesta e pina de sapiencia.


E regno e regnerò
fin che a te piacerà.
Regno
Regnabo
E uegno da regna
Regnaui
Sum sine regno


Iudicium dei.

Qvesta sie alcuna de le figure de linferno eterna. vude noe atro che ma. ne ma si no

Se tutte le infirmitade et tute le pene e tute le morte de questo mondo fosse in ge seia.
sun corpo no poraveve a soma a la menor pena de quelle de inferno. Impo che il inferno noe
niguna redention. li sie spuza gravissima noge niguna bona olita. li sie fogo ardentissimo.
e noge nigu refredorio. li si ge cridi [illegible] issime cum pianti e cu sospiri e cu lamenti. li noge nigu
conforto chi bon sea. li sie tenebre grandissime, noge luxe niguna. le aneme che ge sum. sii
molto marturia e befa e scerne da li demonii. che le dixe o triste aneme che p la uostra propia
voluntade [illegible] compiaxeva a li uostri corpi [illegible] la sa vegnir in questo logo. Et la ancora quelle aie
che sum in inferno fam grandissime cridi [illegible] o triste nue che avemo tanti ma. Et da li demo
nii semo martiria et befa. ni a la gloria de paradixo zama no demo anda. Et tuti questi ma avemo
p. seguire tute le nostre volontade. Et impo che [illegible]issimo de nue no avemo voiuto temer [illegible]
ama ne servir. Impo staremo sempre in tante pene qui. voy no abia neguna fiza de ensir de qui.



Passio domini nostri yhu xpi. secundum
matheum. nichil computitur.

In illo tempore dixit ihs disci
pulis suis. ✠ Scitis quia
post biduum pasca fiet: et fi
lius hominis tradetur ut cru
cifigatur. C Tunc congrega
ti sunt principes sacerdotum
et seniores populi in atrium prin
cipis sacerdotum qui dicebatur
cayphas: et consilium fecerunt
ut yhm dolo tenerent et occi
derent. Dicebant autem: S
Non in die festo. C Ne forte tu
multus fieret in populo. C Cum autem
esset ihs in bethania in domo symo
nis leprosi: accessit ad eum mulier ha
bens alabastrum unguenti preciosi: et
effudit super caput ipsius recumben
tis: Videntes autem discipuli indi
gnati sunt dicentes: S Ut quid
perditio hec? potuit enim unguen
tum istud venundari multo et dari
pauperibus. C Sciens autem ihs ea
que venturum erat super eum. ait illis.
✠ Quid molesti estis huic mu
lieri? Opus enim bonum operata est in
me. Nam semper pauperes habebitis
vobiscum. me autem non semper habebi
tis. Mittens enim hec unguentum
hoc in corpus meum: ad sepeliendum
me fecit. Amen dico vobis. ubicumque
predicatum fuerit evangelium hoc. in to
to mundo dicetur: et quod hec fecit in me
moriam eius. C Tunc abiit unus de
duodecim qui dicebatur iudas scarioth ad
principes sacerdotum. et ait illis. S Quid
vultis mihi dare: et ego eum vobis tradam?

C At illi constituerunt ei triginta
argenteos. Et exinde querebat o
portunitatem ut eum traderet. Prima
autem die azimorum accesserunt disci
puli ad ihm dicentes. S Ubi vis
paremus tibi comedere pascha? C
At ihs dixit ✠ Ite in civitatem
ad quendam: et dicite ei. Magister di
cit. Tempus meum prope est. apud te
facio pascha cum discipulis meis. C
Et fecerunt discipuli sicut constituit
eis ihus. et paraverunt pascha. Vespe
re autem facto. discumbebat cum duodecim
discipulis suis. Et edentibus illis dix
it: Amen dico vobis quia unus vestrum me
traditurus est. C Et contristati valde
ceperunt singuli dicere: S Numquid ego
sum domine? C At ipse respondens ait ✠
Qui intingit mecum manum in para
side. hic me tradet: Filius quidem
hominis vadit. sicut scriptum est de illo. Ve
autem homini illi per quem filius hominis tradetur:
Bonum erat ei si natus non fuisset homo
ille: S Respondens autem iudas qui tra
didit eum dixit: S Numquid ego sum
rabbi? C Ait illi ihus ✠ Tu dixi
sti. C Cenantibus autem eis: accepit
ihs panem et benedixit ac fregit. deditque
discipulis suis et ait: Accipite et co
medite. hoc est corpus meum. C Et ac
cipiens calicem. gratias egit et dedit
illis dicens ✠ Bibite ex eo omnes.
Hic est enim sanguis meus novi et
eterni testamenti. qui pro multis
effundetur in remissionem peccatorum.
Dico autem vobis non bibam amodo de
hoc genimine vitis. usque in diem illum
cum illud bibam vobiscum novum in regno
patris mei. C Et ympno dicto exi

erunt in montem oliueti. Tunc di-
xit illis ihesus. ✠ Omnes uos scan-
dalum patiemini in me. in ista nocte:
Scriptum est enim. Percutiam pastorem. et
dispergentur oues gregis: Postquam autem
resurrexero. precedam uos in galileam:
C Respondens autem petrus. ait illi: S Et
si omnes scandalizati fuerint in te. ego
nunquam scandalizabor. C Ait illi ihesus.
✠ Amen dico tibi. quia in hac nocte an-
tequam gallus cantet. ter me negabis:
C Ait illi petrus. S Etiam si opor-
tuerit me mori tecum. non te negabo: C
Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc
uenit ihesus cum illis in uillam que dicitur get-
hsemani. et dixit discipulis suis. ✠ Se-
dete hic: donec uadam illuc et orem:
Et assumpto petro et duobus filiis zebe-
dei: cepit contristari et mestus esse. Tunc
ait illis ihesus. ✠ Tristis est anima mea usque
ad mortem: Sustinete hic et uigilate
mecum: C Et progressus pusillum. pro-
cidit in faciem suam. orans et dicens: ✠
Mi pater. si possibile est. transeat a me ca-
lix iste: Verumtamen non sicut ego uolo. sed
sicut tu: C Et uenit ad discipulos suos.
et inuenit eos dormientes: Et dicit petro.
✠ Sic non potuistis una hora uigilare
mecum: Vigilate et orate ut non intretis
in temptationem: Spiritus quidem promptus est.
caro autem infirma. C Iterum secundo abiit.
et orauit dicens: ✠ Pater mi. si non potest
hic calix transire nisi bibam illum. fiat uo-
luntas tua: S Et uenit iterum et inuenit
eos dormientes. Erant autem oculi eorum
grauati. Et relictis illis. iterum abiit.
et orauit tercio. eundem sermonem dicens. Tunc
uenit ad discipulos suos. et dicit illis. ✠
Dormite iam et requiescite. Ecce ap-
propinquabit hora et filius hominis tradetur
in manus peccatorum: Surgite eamus.
Ecce appropinquat qui me tradet:
C Adhuc eo loquente. ecce iudas
unus de duodecim uenit. et cum eo tur-
ba multa cum gladiis et fustibus. mis-
si a principibus sacerdotum et senioribus populi.
Qui autem tradidit eum. dedit illis signum
dicens: S Quemcumque osculatus fu-
ero. ipse est tenete eum. C Et confestim
accedens ad ihesum. dixit. S Aue rabbi. C
Et osculatus est eum. Dixitque illi ihesus.
✠ Amice. ad quid uenisti: C Tunc acce-
sserunt. et manus iniecerunt in ihesum. et te-
nuerunt eum. Et ecce unus ex his qui
erant cum ihesu. extendens manum. exemit
gladium suum. et percutiens seruum principis
sacerdotum. amputauit auriculam eius.
Tunc ait illi ihesus ✠ Conuerte gladium
tuum in locum suum. Omnes enim qui ac-
ceperint gladium. gladio peribunt. An pu-
tas quia non possum rogare patrem meum. et ex-
hibebit mihi modo plusquam duodecim legiones
angelorum: Quomodo ergo implebuntur
scripture: Quia sic oportet fieri: C
In illa hora dixit ihesus turbis ✠ Tanquam
ad latronem existis cum gladiis et fustibus
comprehendere me: Cotidie apud uos
sedebam docens in templo. et non me tenu-
istis. C Hoc autem totum factum est. ut ad-
implerentur scripture prophetarum: Tunc
discipuli omnes. relicto eo fugerunt: At
illi tenentes ihesum. duxerunt eum ad cayphan
principem sacerdotum. ubi scribe et seniores
conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a lon-
ge. usque in atrium principis sacerdotum.
Et ingressus intro. sedebat cum mini-
stris. ut uideret finem. Princeps autem
sacerdotum et omne concilium querebat falsum

testimoniū ɔtra ihm̄. ut eū morti tra
derent. Et non inuenerūt. cū multi
falsi testes accessissent. Nouissime aūt
uenerūt duo falsi testes. et dixerūt. S
Hic dixit. Possū destruere templum
dei. et post triduū reedificare illud.
C Et surgēs princeps sacerdotū. ait il
li. S Nichil respondes ad ea. q̄ isti adu
sū te testificantur? C Ihs autē tacebat.
Et princeps sacerdotū ait illi. S Adiu
ro te per deū uiuū. ut dicas nob̄ si tu
es xp̄s filius dei. C Dicit illi ihs. ✠
Tu dixisti. Verūtamē dico uob. amo
do uidebitis filiū hois sedētē a dextris
uirtutis dei. et uenientē in nubibꝫ celi.
C Tunc princeps sacerdotū scindit uesti
menta sua dicēs. S Blasphemauit.
Quid adhuc egemus testibꝫ? Ecce nunc
audistis blasphemiā. Quid uobis
uidetur? C At illi respondentes dixerūt.
S Reus est mortis. C Tunc expuerūt
in faciē eius. et colaphis eū ceciderunt.
Alii autē palmas in faciē ei dederūt. di
centes. Prophetiza nob xp̄e. Quis est
qui te percussit? C Petrus uero sede
bat foris in atrio. Et accessit ad eum
una ancilla. dicens. S Et tu cū ihu
galileo eras. C At ille negauit corā
oib dicens. S Nescio quid dicis. C
Exeunte autē illo ianuā. uidit eū alia
ancilla. et ait his qui erāt ibi. S Et
hic erat cū ihu nazareno. C Et iterū
negauit cū iuramēto. quia nō no
ui hominē. Et post pusillū. accesserūt
qui adstabant. et dixerunt petro. S Ve
re et tu ex illis es. nam et loquela tua ma
nifestū te facit. C Tunc cepit detesta
ri et iurare. quia nō nouisset hominem.
Et continuo gallus cantauit. Et recor

datus est petrus uerbi ihu quod dixerat. Pri
usquam gallus cantet. ter me negabis.
Et egressus foras. fleuit amare. Ma
ne autē facto. consiliū inierūt omnes principes
sacerdotū. et seniores ppli aduersus ihm. ut
eū morti traderent. Et uinctū addu
xerunt eū. et tradiderunt pontio pilato pre
sidi. Tunc uidens iudas qui tradidit
eū. quod damnatus esset. penitentia ductus.
retulit triginta argenteos principibus
sacerdotū. et senioribus dicens. S Pecca
ui tradēs sanguinē iusti. C At illi
dixerūt. S Quid ad nos? Tu uideris.
C Et proiectis argenteis in téplo. re
cessit. et abiens laqueo se suspendit.
Principes autē sacerdotū. acceptis argē
teis. dixerūt. S Nō licet eos mittere
in corbonā. quia preciū sanguinis est. C
Consilio autē inito. emerūt ex illis
agrū figuli. in sepultura peregrinorū.
Propter hoc uocatus est ager ille acheldē
mach. hoc est ager sanguinis. usque in
hodiernū diem. Tunc impletū est quod di
ctum est per ieremiā prophetā dicētem.
Et acceperūt triginta argenteos. pre
ciū appreciati. quē appreciauerūt a filiis isrl.
et dederunt eos in agrum figuli. sicut
constituit mihi dominus. Ihs autē stetit
ante presidē. Et interrogauit eū preses
dicens. S Tu es rex iudeorū? C Di
cit ei ihs. ✠ Tu dicis. C Et cum
accusaretur a principibꝫ sacerdotū et se
nioribꝫ. nichil respōdit. Tunc dicit pilatus.
S Non audis quanta aduersū te di
cunt testimonia? C Et nō respōdit
ei ad ullū uerbū. ita ut miraretur preses
uehementer. Per diē autē sollēpnē cōsueue
rat preses dimittere populo unū uinctū
quē uoluisset. Habebat autē tunc uinc

vinctus insignē. qui dicebatur bar
rabas. qui ꝑꝑ sedicionē ⁊ homicidium
missus fuerat in carcerem. Congrega
tis autē illi. dixit pylatus: S Quē vul
tis dimittā vob. barrabā an ihm qui dr
xps. C Sciebat enī qꝫ ꝑ invidiā tra
didissent eū. Sedente autē illo pro tri
bunali. misit ad illū uxor eī dicens.
S Nichil tibi ⁊ isto iusto. multa enim
passa sū hodie per visū ꝑꝑ eū. C Prin
cipes aut sacerdotū ⁊ seniores. persuaserūt
ꝑplis. ut peterent barrabā. ihm vero per
derent. Respondens aut pses ait illis. S
Quē vultis vob de duob dimitti.
C At illi dixerūt: S Barrabā. C Di
cit illis pylatus. S Quid igr faciam
de ihu. qui dicit xps. C Dicunt oms.
S Crucifigatur. C Ait illis pses. S Quid
enim mali fecit. C At illi magis clama
bant. dicētes. S Crucifigatur. C Vi
dens aut pylatus qꝫ nichil pficeret. sꝫ
magis tumultus fieret. accepta aqua
lavit manꝰ corā ꝑplo dicens. S In
nocens ego sū a sanguine iusti huius
vos videritis. C Et rndēs universus
ꝑpls dixit. S Sanguis eius super nos
⁊ super filios nrōs. C Tunc dimi
sit illis barrabā. ihm aut flagellatū tra
didit eis. ut crucifigeretur. Tunc mi
lites psidis suscipientes ihm in ptō
rio: congregaverūt ad eū universā cohor
tem. Et exuētes eū. clamidē cocci
neā circumdederūt ei. Et plectentes
coronā de spinis posuerūt super capud
eius ⁊ arundine in dextera eius. Et
genu flexo ante eum. illudebant ei di
centes. S Ave rex iudeor. C Et ex
puentes in eū. acceperūt arundinē ⁊
percutiebant capud eius. Et postqꝫ

illuserunt ei. exuerūt eū clamidē ⁊ in
duerunt eū vestimentis eius. ⁊ du
xerūt eū ut crucifigerent. Exeuntes
aut invenerūt hominē cyreneum veniē
tem obviā sibi noīe symone. Hunc
angariaverūt ut tolleret crucē eius.
Et venerūt in locū qui dr golgotha.
qꝫ ē calvarie locus. Et dederūt ei vinū
bibere cū felle mixtū. Et cū gustasset.
noluit bibere. Postqꝫ aut crucifixerūt
eū diviserunt vestimenta eius. sortē
mittentes. Ut adimpleretur qꝫ dictū
ē per prophetā dicentē. Diviserunt sibi
vestimēta mea. ⁊ sup vestē meā mise
runt sortē. Et sedentes servabant eū. Et
iposuerūt super capud eius ipsī scriptā.
Hic ē ihs nazarenus rex iudeor. Tunc
crucifixi sūt cū eo duo latrones. unus
a dextris. ⁊ unus a sinistris. Pretereū
tes autem blasphābāt eū. moventes
capita sua ⁊ dicentes: S Vath qui
destruis templū dei. ⁊ in triduo reed
dificas illud. Salva te metipsū. Si
filius dei es descende nunc de cruce.
Similr ⁊ principes sacerdotū illuden
tes eū cū scribis ⁊ senioribus dicebāt
S Alios salvos fecit se ipm non pōt
salvū facere. Si rex isrl ē. descendat
nunc de cruce. ⁊ credimus ei. Confi
dit in deo. liberet nunc eū si vult. Dixit
enī qꝫ filius dei sum. C Id ipm autem
⁊ latrones qui crucifixi erant cū eo. im
properabant ei. A sexta aut hora tenebre
facte sūt sup universā trā. usqꝫ ad horā
nonā. Et circa horā nonā. clamavit
ihs voce magna dicēs. Hely. Hely. la
mazabatani. hoc ē. Deus meus. De
us meus. ut quid dereliquisti me.
C Quidam aut illic stantes ⁊ au

dicentes dicebant. S Heliam vocat
iste. C Et continuo currens unus ex eis
accepta spongia implevit aceto et in
posuit arundini. et dabat ei bibere. Ce
teri vero dicebant. S Sine videamus
an veniat helias liberans eum. C Ihesus
autem iterum clamans voce magna. emi
sit spiritum. Et ecce velum templi scissum
est in duas partes. a summo usque deor
sum. Et terra mota est. et petre scisse sunt.
et monumenta aperta sunt. et multa cor
pora sanctorum qui dormierant surrexerunt.
Et exeuntes de monumentis post re
surrectionem eius. venerunt in sanctam
civitatem. et apparuerunt multis. Cen
turio autem et qui cum eo erant custodien
tes ihesum. viso terre motu et his que fiebant
timuerunt valde. dicentes. S Vere
filius dei erat iste. C Erant autem
ibi mulieres multe a longe. que secu
te erant ihesum a galilea ministrantes
ei. Inter quas erat maria magdalene et
maria iacobi. et ioseph mater filiorum
zebedei. Cum sero autem factum esset. venit
quidam homo dives ab arimathia no
mine ioseph. qui et ipse discipulus
erat ihesu. Hic accessit ad pylatum et
petiit corpus ihesu. Tunc pylatus iu
ssit reddi corpus. Et accepto corpo
re. ioseph. involvit illud in syndone
munda. et posuit illud in monumento
novo quod exciderat in petra. et ad[vo]
lvit saxum magnum. ad hostium mo
numenti. et abiit. Erant autem ibi ma
ria magdalene et altera maria sedentes
contra sepulcrum.

Hic legitur in tono evangelii.

Altera autem die. que est post
parasceve. convenerunt principes
sacerdotum et pharisei ad pylatum dicen
tes. Domine. recordati sumus quia seduc
tor ille dixit adhuc vivens. post tres
dies resurgam. Iube ergo custodiri sepul
chrum usque in diem tertium. ne forte
veniant discipuli eius et furentur eum
et dicant plebi surrexit a mortuis. Et
erit novissimus error peior priore. Ait
illis pylatus. Habetis custodiam. Ite
custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes
munierunt sepulchrum signantes la
pidem cum custodibus.

Passio domini nostri yhesu christi [...]
secundum math marchum.

In illo tempore. Erat pasca et azima post
biduum. Et querebant summi
sacerdotes et scribe. quomodo ihesum
dolo tenerent et occiderent. Dicebant
enim. S Non in die festo. C
Ne forte tumultus fieret in populo. Et
cum esset ihesus bethanie in domo symonis
leprosi. et recumberet. venit mulier habens
alabastrum unguenti nardi spi
cati preciosi. Et fracto alabastro. effu
dit super caput eius. Erant autem
quidam indigne ferentes intra semet
ipsos. et dicentes. S Ut quid perditio
ista unguenti facta est. Poterat enim
unguentum istud venundari plus quam
trecentis denariis et dari pauperibus.
C Et fremebant in eam. Ihesus autem
dixit. [illegible] Sinite eam. Quid illi mo
lesti estis. Bonum opus operata est in me.
Semper enim pauperes habetis vobiscum.
et cum volueritis potestis illis bene fa
cere. me autem non semper habetis. Quod
habuit hec fecit. Prevenit ungere corpus me
um in sepulturam. Amen dico vobis ubi
cumque predicatum fuerit evangelium istud

in universo mundo. et quod hec fecit narra-
bitur in memoriam eius. C Et iu-
das scarioth unus de duodecim.
abiit ad summos sacerdotes. ut proderet eum
illis. Qui audientes gavisi sunt. et promi-
serunt ei pecuniam se daturos. Et que-
rebat. quomodo illum oportune traderet.
Et prima die azimorum. quando pascha immola-
bant. dicunt ei discipuli. S Quo vis
eamus et paremus tibi. ut manduces
pascha. C Et mittit duos ex discipu-
lis suis. et dicit eis. ✠ Ite in civitatem.
et occurret vobis homo lagenam aque
baiulans. Sequimini eum. Et quo-
cumque introierit: dicite domino domus
quia magister dicit. Ubi est refectio mea.
ubi pascha cum discipulis meis man-
ducem. Et ipse vobis demonstrabit
cenaculum grande stratum: et illic para-
te nobis. Et abierunt discipuli eius. et
venerunt in civitatem. et invenerunt sicut
dixerat illis. et paraverunt pascha. Vespere
autem facto. venit cum duodecim. Et dis-
cumbentibus eis et manducantibus. ait
ihesus. ✠ Amen dico vobis. quia ex vobis
tradet me. qui manducat mecum.
At illi ceperunt contristari. et dicere ei
singillatim. S Numquid ego. C Qui
ait illis. ✠ Unus ex duodecim. qui
intingit mecum manum in catino. Et
quidem filius hominis vadit. sicut
scriptum est de eo. Ve autem homini illi. per quem
filius hominis tradetur. Bonum
erat ei. si natus non fuisset homo ille.
C Et manducantibus illis. accepit
ihesus panem et benedicens fregit. et dedit
eis et ait. ✠ Sumite. hoc est corpus
meum. C Et accepto calice gratias
agens dedit eis. Et biberunt ex illo

omnes. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis me-
us novi testamenti. qui pro multis ef-
funditur. Amen dico vobis. quia iam non
bibam de genimine vitis. usque in diem
illum. cum illud bibam novum in regno dei.
C Et ymno dicto. exierunt in montem
oliveti. Et ait illis ihesus. ✠ Omnes vos
scandalizabimini in hac nocte ista. quia
scriptum est. Percutiam pastorem. et disper-
gentur oves. Sed postquam resurrexero.
precedam vos in galileam. C Petrus autem
ait illi. S Et si omnes scandalizati fue-
rint. sed non ego. C Et ait illi ihesus.
✠ Amen dico tibi. quia tu hodie in noc-
te hac priusquam bis gallus vocem dederit.
ter me es negaturus. C At ille ampli-
us loquebatur. S Et si oportuerit me simul
mori tibi. non te negabo. Similiter
autem et omnes dicebant. Et veniunt in
predium cui nomen gethsemani. et ait
discipulis suis. ✠ Sedete hic donec
orem. C Et assumpsit petrum et iaco-
bum et iohannem secum. et cepit pavere et te-
dere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima
mea usque ad mortem. Sustinete hic
et vigilate. C Et cum processisset pau-
lulum. procidit super terram. et orabat. ut
si fieri posset transiret ab eo hora.
Et dixit. ✠ Abba pater. omnia tibi
possibilia sunt. transfer calicem hunc a me.
Sed non quod ego volo. sed quod tu. C Et
venit et invenit eos dormientes. Et
ait petro. ✠ Symon dormis. Non
potuisti una hora vigilare mecum. Vi-
gilate et orate. ut non intretis in temp-
tationem. Spiritus quidem promptus est. ca-
ro autem infirma. C Et iterum abiens
oravit eundem sermonem dicens. Et
reversus denuo. invenit eos dormien-

tes. Erant enim oculi eorum gravati. et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio. et ait illis [✠] Dormite iam et requiescite. Sufficit. Venit hora. ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. ecce qui me tradet prope est. [C] Et adhuc eo loquente. venit iudas scarioth. unus ex duodecim. et cum illo turba multa. cum gladiis et lignis missi a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat autem traditor eis signum dicens. [S] Quemcumque osculatus fuero. ipse est tenete eum. et ducite caute. [C] Et cum venisset. statim accedens ad eum ait. [S] Rabbi. [C] Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum. Unus autem de circumstantibus educens gladium. percussit servum summi sacerdotis. et amputavit illi auriculam. Et respondens ihesus ait illis. [✠] Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me? Cotidie eram apud vos in templo docens. et non me tenuistis? Sed ut adimpleantur scripture. [C] Tunc discipuli eius relinquentes eum. omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo. et tenuerunt eum. At ille reiecta syndone. nudus profugit ab eis. Et adduxerunt ihesum ad summum sacerdotem. et convenerunt omnes sacerdotes et scribe et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum. usque intro in atrium summi sacerdotis. et sedebat cum ministris. et calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes et omne concilium querebant adversum ihesum testimonium. ut eum morti traderent. nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum. et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes. falsum testimonium ferebant adversus eum dicentes. [S] Quoniam nos audivimus eum dicentem. Ego dissolvam templum hoc manu factum. et post triduum aliud non manu factum edificabo. [C] Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium: interrogavit ihesum dicens. Non respondes quicquam ad ea que tibi obiciuntur ab his? [C] Ille autem tacebat et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum et dicit ei. [S] Tu es christus filius dei benedicti? [C] Ihesus autem dixit illi. [✠] Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei. et venientem in nubibus celi. [C] Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua. ait. [S] Quid adhuc desideramus testes? audistis blasphemiam? Quid vobis videtur? [C] Qui omnes condempnaverunt eum reum esse mortis. et ceperunt quidam conspuere eum. et velare faciem eius. et colaphis cedere. et dicere ei. [S] Prophetiza. Et ministri eum cedebant. Et cum esset petrus in atrio deorsum. venit una ex ancillis summi sacerdotis. et cum vidisset petrum calefacientem se. aspiciens illum ait. [S] Et tu cum ihesu nazareno eras. [C] At ille negavit dicens. [S] Neque scio neque novi quid dicas. [C] Et exiit foras ante atrium. et gallus cantavit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla. cepit dicere circumstantibus. quia hic ex illis est. At ille iterum negavit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro. [S] Vere ex illis es. nam et galileus es. [C] Ille autem cepit anathematizare et iurare. quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantavit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei ihesus prius quam gallus cantet bis ter me negabis. Et cepit flere.

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et uniuerso concilio uincientes ihesum duxerunt et tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylatus. S Tu es rex iudeorum? C At ille respondens ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pylatus autem rursus interrogauit eum dicens. S Non respondes quicquam? uide in quantis te accusant. C Ihesus autem amplius nichil respondit ita ut miraretur pylatus. Per diem autem festum solebat illis dimittere unum ex uinctis quemcumque petissent. Erat autem qui dicebatur barrabas. qui cum seditiosis erat uinctus. qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pylatus autem respondit eis et dixit. S Uultis dimittam uobis regem iudeorum? C Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam ut magis barrabam dimitteret eis. Pylatus autem iterum ait illis respondens. S Quid ergo uultis faciam regi iudeorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pylatus uero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pylatus autem uolens populo satisfacere dimisit illis barrabam et tradidit ihesum flagellis cesum ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorii et conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes coronam spineam. Et ceperunt salutare eum. S Aue rex iudeorum. C Et percutiebant caput eius arundine et conspuebant eum. et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei. exuerunt illum purpura et induerunt eum uestimentis suis. et educunt illum ut crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam symonem cyreneum uenientem de uilla. patrem alexandri et rufi. ut tolleret crucem eius. Et perducunt eum in golgotha locum. quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere mirratum uinum. et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. mittentes sortem super eis. quis quid tolleret. Erat autem hora tercia et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus. rex iudeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones. unum a dextris eius et alium a sinistris. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis deputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua et dicentes. S Vath qui destruis templum dei et in tribus diebus reedificas. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter et summi sacerdotes ad alterutrum cum scribis dicebant. S Alios saluos fecit se ipsum non potest saluum facere. Xpistus rex israel descendat nunc de cruce ut uideamus et credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei. Et facta hora sexta. tenebre facte sunt super totam terram. usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit ihesus uoce magna dicens. ✠ Heloy heloy lamazabathani. C Quod est interpretatum ✠ Deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me? C Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. S Ecce heliam uocat. C Currens autem unus et implens spongiam aceto circumponens

q₂ calamo. potū dabat ei dicens. S
Sinite uideamus si ueniat helyas ad de
ponendū eū. C Ihs aūt emissa uoce
magna expirauit. Et uelū templi scis
sum est in duo. a summo usq₃ deorsū. Vi
dens aūt centurio qui ex aduerso illo sta
bat q₂ sic clamans expirasset. ait. S
Uere hic homo filius dei erat. C E
rant aūt ibi mulieres de longe aspi
cientes. int(er) quas erat maria magdale
ne ⁊ maria iacobi minoris ⁊ ioseph
mat(er) ⁊ salome. Et cū eēt in galilea
sequebant(ur) eū ⁊ ministrabant ei ⁊
alie multe que simul cū eo ascenderāt
ierosolimā.

Hic legitur in tono euangelij.

Et cū iam sero esset factū. q₂
erat parasceue q(uo)d ē ante sabbatū.
uenit ioseph ab arimathia nobilis de
curio. qui ⁊ ipse erat expectans regnū
dei. Et audacter introiuit ad pylatū
⁊ petijt corpus ihū. Pylatus autē
mirabatur si iam obijsset. Et accersi
to centurione. interrogauit eū si iam
mortuus. Et cū cognouisset a cen
turione. donauit corpus ioseph. Ioseph
aūt mercatus syndonē ⁊ deponens eū.
inuoluit syndone ⁊ posuit eū in mo
numēto q(uo)d erat excisū de petra. Et
aduoluit lapidē ad hostiū monumēti.

Passio domini nr̄i yhu xpi secundū
lucham

In illo t(em)p(or)e Appropinquabat autē dies
festus azimorū qui dr̄ pasca. Et
querebant principes sacerdotū
⁊ scribe. quō illū interficerent. Ti
mebant uero plebem. Intrauit
aūt sathanas in iudā. qui cognomina
batur ischarioth. unū de duodecim.
⁊ abijt ⁊ locutus ē cū principibus sa
cerdotū ⁊ magistratib(us). quemadmodū
illum traderet eis. Et gauisi sūt ⁊ pa
cti sūt pecuniā illi dare. Et spopon
dit. Et querebat oportunitatē ut
traderet illū sine turbis. Venit autē
dies azimorū in qua necesse erat oc
cidi pasca. ⁊ misit petrū ⁊ iohēm dicēs.
✠ Euntes parate nob(is) pasca. ut ma
ducem(us). C At illi dixerūt. S Ubi
uis paremus? C Et dixit ad eos. ✠
Ecce introeuntibus uob(is) ciuitatē oc
curret uob(is) homo. amphorā aque por
tans. sequimini eū in domū in quā
intrat. ⁊ dicetis patri familias domus.
Dicit tibi magister. Ubi ē diuersoriū
ubi pasca cū discipulis meis mādu
cem? Et ipse uobis ostendet cenacu
lū magnū stratū. ⁊ ibi parate. C E
untes autē inuenerūt sic dixit illi
bus ⁊ parauerūt pasca. Et cū facta
eēt discubuit ⁊ duodecim apostoli cū eo.
⁊ ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc
pasca manducare uobiscū antequā pa
tiar. Dico enī uob(is). quia ex hoc nō mā
ducabo illud donec impleatur in re
gno dei. C Et accepto calice. gratias
egit et dixit. ✠ Accipite ⁊ diuidi
te int(er) uos. Dico enī uobis q(uo)d iam
non bibam de generatione uitis donec
regnū dei ueniat. C Et accepto pane
gratias egit ⁊ fregit ⁊ dedit eis dicens. ✠ Hoc
ē corpus meū q(uo)d pro uob(is) traditur. hoc
facite in meā cōmemorationē. C Simi
liter ⁊ calicē postq(uam) cenauit dicens. ✠
Hic ē calix nouū testamentū in meo
sanguine. qui pro uobis fundetur. Ve
runtamen ecce manus tradentis me
mecū ē in mensa. Et quidem filius

hominis sm qd diffinitu e uadit. Ve
rumtame ue hoi illi per que tradetur.
C Et ipi ceperunt querere int se.
quis eet ex eis qui hec facturus eet.
Facta e aut cotētio inter eos. quis
eoru uideretur ee maior. Dixit aut
eis. Reges gentiu dnantur eor.
et qui potestatē habent sup eos bene
fici uocantur. Vos aut non sic. Sed
qui maior e in uob. fiat sicut minor
Et qui precessor e. sic ministrator. Na
quis maior e. qui recubit an qui mi
nistrat? None qui recubit? Ego i
medio uestru sum. sicut qui ministrat.
Vos aut estis qui permansistis mecu
in temptationibus meis. Et ego i
dispono uob. sic disposuit mi pater i
meus regnu. ut edatis et bibatis sup
meam in regno meo. et sedeatis super
thronos. iudicantes duodeci tribus
israel. Et ait dns symoni. Symon
ecce sathanas expetiuit uos. ut criba
ret sicut triticu. Ego aut rogaui p
te ut no deficiat fides tua. Et tu ali
qn conuersus. confirma fratres tuos. C Q
dixit ei. S Domine tecu paratus
sum. in carcere et i morte ire. C Et
ille dix. Dico tibi petre. no canta
bit hodie gallus. donec ter abneges
nosse me. C Et dix. eis. Qua
do misi uos sine sacculo et pera et calci
amentis. nuquid aliqd defuit uobis?
C At illi dixerut. S Nichil. C Et
dixit ergo eis. Sed nunc qui hēt
sacculu. tollat similit et pera. Et non
ht. uendat tunicam sua et emat gladi
u. Dico enim uobis. qm ad huc hoc
qd scriptu e oportet ipleri in me. et qd
cum iniquis deputatus e. et eni ea

que scripta sunt. de me fine hnt. C
Et at illi dixerunt. S Dne. ecce
gladij duo hic hic. C At ille dixit
eis. Satis est. C Et egressus ibat
secundum cosuetudinē in montē oli
uaru. Secuti st aut illu et discipuli.
Et cum peruenisset ad locu. dixit illis
Orate ne intretis in temptationē.
C Et ipe auulsus est ab eis. qntu
iactus est lapidis. Et positis genibus
orabat dicens. Pater si uis trāf
fer calicē istu a me. Verutam non i
mea uolūtas sed tua fiat. C Et appa
ruit aut illi angelus de celo confortās
eu. Et factus e in agonia prolixius ora
bat. Et fcs est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrens in terram. Et cu
surrexisset ab oratione. et uenisset ad disci
pulos suos. inuenit eos dormientes
pre tristitia. Et ait illis. Quid dor
mitis? Surgite et orate. ne intretis
in temptationem. C Ad huc eo loqn
te. ecce turba. et qui uocabatur iudas
unus de duodeci antecedebat eos.
Et appropinquauit ihu. ut oscula
retur eu. C Ihus aut dixit illi.
Iudas osculo filiu hois tradis? C
Videntes autē hij qui circa ipm erant.
qd futuru erat. dixerunt ei. S Dne si per
cutimus in gladio. C Et percussit u
unus ex ill seruu principis sacerdo
tu. et amputauit auricula eius dextra.
Respondens autē ihs ait. Sinite et
usqz huc. C Et cu tetigisset auricu
lam eius. sanauit eu. Dix aut ihs
ad eos qui uenerant ad se. principes
sacerdotu et magistratus templi. et se
niores. Quasi ad latrone existis
cu gladijs et fustibus. cu cotidie uo

biscum fuerim in templo. et nõ exten
disti manũ in me. Sed hec ẽ hora ura.
et potestas tenebrarũ. C Et cõprehen
dentes autẽ eũ duxerũt ad domũ
principis sacerdotũ. Petrus uero seq
batur eũ alonge. Accenso autẽ igne
in medio atrio. et circũsedentib; illis.
erat petrus in medio eoꝝ. Quẽ cum
uidisset ancilla quedã sedẽtẽ ad lumẽ et
eũ fuisset intuita dixit. S Et hic cũ
illo erat. C At ille negauit dicens.
S Mulier non noui illũ. C Et post
pusillũ alius uidens eũ dixit. S
Et tu ex illis es. C Petrus uero ait.
S O homo nõ sum. C Et interuallo facto
quasi hore unius. alius quidã affirmabat
dicens. S Uere hic cũ illo erat. nã et
galileus ẽ. C Et ait petrus. S Homo
nescio quid dicis. C Et cõtinuo ad
huc eo loquente. cantauit gallus. Et
cõuersus dñs respexit petrũ. Et recor
datus est petrus uerbi dñi sicut dixerat.
quia priusquã gallus cantet. ter me negabis.
Et egressus foras petrus fleuit amare.
Et uiri qui tenebant ihm illudebant
ei cedentes eũ. Et uelauerũt eũ et percu
tiebant faciẽ eius. et interrogabant eũ
dicentes. S Prophetiza quis ẽ qui
te percussit. C Et alia multa blasphe
mantes dicebãt in eũ. Et ut factũ
est dies. cõuenerunt seniores ppli. et prin
cipes sacerdotũ et scribe. et duxerunt illũ
in cõciliũ suum dicẽtes. S Si tu es
xps. dic nobis. C Et ait illis. ✠
Si uob dixero. nõ credetis mi. Si aũt
interrogauero. nõ respondebitis mi. neq;
dimittetis. Ex hoc aũt. erit filiũ ho
minis sedens adextris uirtutis dei. ✝
C Dixerunt aũt oms. S Tu ergo
es filius dei. C Qui ait. ✠ Uos di
citis quia ego sum. C At illi dixerunt.
S Quid ad huc desideramus testimo
niũ. Ipsi enim audiuimus de ore eius. ✝
C Et surgens omis multitudo eoꝝ. du
xerunt eũ ad pylatũ. Ceperũt autẽ accu
sare eũ dicens. S Hunc inuenimus subu
tentẽ gentẽ nrãm. et prohibentẽ tributa da
ri cesari. et dicentẽ se xpm ẽẽ regẽ. C Py
latus autẽ interrogauit eũ dicẽs. S Tu
es rex iudeoꝝ. C At ille respondẽs ait ✝
✠ Tu dicis. C Ait pylatus ad prin
cipes sacerdotũ et turbas. S Nichil ĩ
uenio cause i hoc hoĩe. C At illi inua
lescebant dicentes. S Cõmouit ppłm
docens per uniuersã iudeã. incipiens a
galilea usq; huc. C Pylatus aũt au
diens galileã. interrogauit si homo ga
lileus eẽt. Et ut cognouit quod de he
rodis potestate eẽt. remisit eũ ad hero
dem. qui et ipse erat ierosolimis illis dieb.
Herodes autẽ uiso ihu. gauisus ẽ ualde.
Erat enim cupiens ex multo tpe uidere
eũ. eo quod audierat multa de illo. et sperabat
signũ aliqd ab eo uidere fieri. Interroga
bat aũt illũ multis sermonib. At ipse nichil
respondebat. Stabant aũt principes sacerdo
tũ et scribe. et constanter accusantes eũ. Spre
uit aũt illũ herodes. cũ exercitu suo. et
illusit indutũ ueste albã. et remisit ad
pylatũ. Et facti sunt amici herodes et py
latus in ipa die. nam antea inimici
erant ad inuicẽ. Pylatus aũt cõuocatis
principibus sacerdotũ. et magistratib; et ple
be. dixit ad illos. S Obtulistis michi
hunc hominẽ quasi auertẽtẽ ppłm. et ecce
ego coram uob interrogans. nullã causã
inuenio in hoĩe isto ex hys in quib;
eũ accusatis. Sed neq; herodes. Nã remi

fit illud ad nos. et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamavit autem simul universa turba dicens. S Tolle hunc. et dimitte nobis barrabam. C Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate et homicidium. missus in carcerem. Iterum autem pylatus locutus est ad illos. volens dimittere ihesum. At illi succlamabant. dicentes. S Crucifige crucifige eum. C At ille autem tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo. Corripiam ergo illum et dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur. et invalescebant voces eorum. Et pylatus adiudicavit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. ihesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum apprehenderunt symonem quendam cyrenensem venientem de villa. et imposuerunt illi crucem portare post ihesum. Sequebatur autem illum multa turba populi que plangebant et lamentabantur eum. Conversus autem ad illas ihesus dixit. Filie ierusalem nolite flere super me. sed super vos ipsas flete. et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beate steriles et ventres que non genuerunt et ubera que non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus. cadite super nos. et collibus operite nos. quia si in viridi ligno hec faciunt. in arido quid fiet? C Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo. ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur calvarie. ibi crucifixerunt eum et latrones.

unum a dextris et alterum a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. C Dividentes vero vestimenta eius. miserunt sortes. Et stabat populus expectans. et deridebant illum principes sacerdotum cum eis dicentes. S Alios salvos fecit. se ipsum salvum faciat. si hic est christus dei electus. Illudebant autem ei et milites. accedentes et acetum offerentes illi dicentes. S Si tu es rex iudeorum. salvum te fac. C Erat autem et superscriptio scripta super eum. litteris grecis. latinis. et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autem de hiis qui pendebant latronibus. blasphemabat eum dicens. S Si tu es christus salvum fac temetipsum. et nos. C Respondens autem alter. increpabat illum dicens. S Neque tu times deum. quod in eadem dampnatione es. Et nos quidem iuste. nam digna factis recipimus. hic autem nichil mali gessit. C Et dicebat ad ihesum. S Domine. memento mei. cum veneris in regnum tuum. C Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi. hodie mecum eris in paradiso. C Erat autem fere hora sexta. et tenebre facte sunt in universa terra. usque in horam nonam. et obscuratus est sol. et velum templi scissum est medium. Et clamans ihesus voce magna ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. C Et hec dicens expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat. glorificavit deum dicens. S Vere hic homo iustus erat. C Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud. et videbant que fiebant. percutientes pectora sua revertebantur. Stabat autem

omnes noti eius a longe et mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes.

Hic legitur in tono evangelii.

Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus. hic non consenserat consilio et actibus eorum ab arimathia civitate iudee. qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum et petiit corpus ihesu. Et depositum involvit syndone. et posuit in monumento exciso. in quo nondum quisquam positus fuerat.

Passio domini nostri yhesu xpi secundum iohannem.

In illo tempore. Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentem cedron. ubi erat ortus. in quem introivit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter ihesus convenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis facibus et armis. Ihesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum processit et dixit eis. ✠ Quem queritis? C Responderunt ei. S Ihesum nazarenum. C Dicit eis ihesus. ✠ Ego sum. C Stabat autem et iudas qui tradebat eum. cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum. abierunt retrorsum: et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos ✠ Quem queritis? C Illi autem dixerunt. S Ihesum nazarenum. C Respondit ihesus ✠ Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. C Ut impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti michi non perdidi ex eis quemquam. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis servum. et abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen servo malchus. Dixit ergo ihesus petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit michi pater non vis ut bibam illum? C Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt ihesum et ligaverunt eum et adduxerunt ad annam primum. Erat autem anna socer cayphe. qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui consilium dederat iudeis. quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem ihesum symon petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici. et introivit cum ihesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad hostium foris. Exivit ergo alius discipulus qui erat notus pontifici. et dixit hostiarie: et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla hostiaria. S Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? C Dicit ille: S Non sum. C Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebant se. Erant autem cum eis et petrus. stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit ihesum de discipulis suis. et de doctrina eius. Respondit ei ihesus. ✠ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga et in templo. quo omnes iudei conveniunt et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hii sciunt que dixerim ego. C Hec autem cum dixisset. unus assistens ministrorum dedit alapam ihesu dicens. S Sic respondes pontifici? C Respondit ei ihesus. ✠ Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene quid me cedis? C Et misit eum annas ligatum ad caypham pontificem. Erat autem symon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt

ergo ei: Numquid et tu ex discipulis eius es? C Negavit ille et dixit. S Non sum. C Dicit unus ex servis pontificis, cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in orto cum illo? C Iterum ergo negavit petrus. et statim gallus cantavit. C Adducunt ergo ihesum ad cayphan in pretorium. Erat autem mane. et ipsi non introierunt in pretorium. ut non contaminarentur: sed manducarent pascha. Exivit ergo pylatus ad eos foras. et dixit: S Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? C Responderunt et dixerunt ei: S Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemus eum. C Dicit ergo eis pylatus: S Accipite eum vos: et secundum legem vestram iudicate eum: C Dixerunt ergo ei iudei: S Nobis non licet interficere quenquam. C Ut sermo ihesu impleretur quem dixit. significans qua morte esset moriturus. Introivit iterum in pretorium pylatus. et vocavit ihesum et dixit ei: S Tu es rex iudeorum? C Respondit ihesus. ✠ A temet ipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me? C Respondit pylatus: S Numquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi: Quid fecisti? C Respondit ihesus: ✠ Regnum meum non est de hoc mundo: Si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei utique decertarent: ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei pylatus: S Ergo rex es tu? C Respondit ihesus: ✠ Tu dicis quia rex sum ego: Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum. ut testimonium perhibeam veritati: Omnis qui est ex veritate: audit meam vocem.

C Dicit ei pylatus: S Quid est veritas? C Et cum hoc dixisset. iterum exivit ad iudeos. et dixit eis: S Ego in eo nullam invenio causam: Est autem consuetudo vobis. ut unum dimittam vobis in pascha: Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? C Clamaverunt omnes rursum dicentes: S Non hunc sed barrabam. C Erat autem barrabas latro: Tunc ergo apprehendit pylatus ihesum et flagellavit: Et milites plectentes coronam de spinis. imposuerunt capiti eius. et veste purpurea circumdederunt eum. et veniebant ad eum et dicebant: S Ave rex iudeorum: C Et dabant ei alapas: Exiit ergo iterum pylatus foras. et dixit eis. S Ecce adduco eum vobis foras: ut cognoscatis. quia in eo nullam causam invenio. C Exivit ergo ihesus portans spineam coronam. et purpureum vestimentum. Et dixit eis: S Ecce homo: C Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes: S Crucifige eum: C Dicit eis pylatus. S Accipite eum vos et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam: C Responderunt ei iudei: S Nos legem habemus: et secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit: C Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem. magis timuit: Et ingressus est pretorium iterum. et dixit ad ihesum: S Unde es tu? C Ihesus autem responsum non dedit ei. Dicit ei pylatus. S Michi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem habeo dimittere te? C Respondit ihesus. ✠ Non haberes potestatem adversum me ullam. nisi tibi esset datum desuper.

Propterea qui tradidit me tibi. maius pec
catum habet. C Et exinde querebat pylatus
dimittere eum. Iudei autem clamabant dice
tes. S Si hunc dimittis. non es amicus
cesaris: Omnis enim qui se regem facit.
contradicit cesari. C Pylatus ergo cum au
disset hos sermones. adduxit foras ihm. Et
sedit pro tribunali in loco qui dicitur licho
stratos. hebrayce autem gabatha. Erat autem
parasceue pasce. hora quasi sexta: Et dicit
iudeis. S Ecce rex vester. C Illi autem
clamabant. S Tolle. tolle. crucifige eum.
C Dicit eis pylatus: S Regem vestrum
crucifigam? C Responderunt pontifices: S
Non habemus regem nisi cesarem. C Tunc
ergo tradidit eis illum. ut crucifigeretur. Su
sceperunt autem ihm. et eduxerunt. et ba
iulans sibi crucem. exivit in locum qui
dicitur calvarie locus. hebrayce autem golgo
tha. ubi eum crucifixerunt. et cum eo alios
duos. hinc et hinc. medium autem ihm. Scrip
sit autem et titulum pylatus: et posuit super
crucem: Erat autem scriptum: ihus nazare
nus rex iudeorum. Hunc ergo titulum
multi legerunt iudeorum. quia prope civi
tatem erat locus. ubi crucifixus est ihus.
Erat autem scriptum hebrayce. grece. et la
tine: Dicebant ergo pylato pontifices
iudeorum: S Noli scribere rex iudeorum.
sed quia ipse dixit rex sum iudeorum: C
Respondit pylatus: S Quod scripsi. scrip
si: C Milites ergo cum crucifixissent
eum. acceperunt vestimenta eius. et
fecerunt quatuor partes: unicuique par
tem et tunicam: Erat autem tunica in
consutilis desuper contexta per totum: Dixe
runt ergo ad invicem: S Non scinda
mus eam. sed sortiamur de illa cuius sit.
C Ut scriptura impleretur dicens: et

Partiti sunt vestimenta mea sibi. et in ve
stem meam miserunt sortem: Et milites
quidem hec fecerunt: Stabant autem iuxta
crucem ihu. mater eius. et soror matris eius
maria cleophe. et maria magdalene: Cum
vidisset ergo ihs matrem. et discipulum sta
tem quem diligebat: dicit matri sue. ✠
Mulier ecce filius tuus: C Deinde dicit
discipulo ecce mater tua: C Et ex illa hora.
accepit eam discipulus in suam: Postea sci
ens ihs. quia omnia iam consumata sunt. ut
consumaretur scriptura. dicit: ✠ Sitio.
C Vas ergo positum erat. aceto plenum: Il
li autem spongiam plenam aceto. ysopo cir
cumponentes. obtulerunt ori eius: Cum
ergo accepisset ihs acetum: dicit: ✠ Con
sumatum est: C Et inclinato capite tra
didit spiritum: Iudei ergo quoniam parasceue erat.
ut non remanerent in cruce corpora sabbato.
erat enim dies magnus ille sabbati. rogaverunt
pylatum ut frangerentur eorum crura. et tol
lerentur. Venerunt ergo milites et primi
quidem fregerunt crura. et alterius qui cru
cifixus est cum eo. Ad ihm autem cum venisset
ut viderunt eum iam mortuum. non fregerunt
crura. sed unus militum lancea latus eius
aperuit. et continuo exivit sanguis et aqua.
Et qui vidit testimonium perhibuit: et
verum est testimonium eius: Et ille scit quia
vera dicit. ut et vos credatis: Facta sunt
enim hec. ut scriptura impleretur. Os non
comminuetis ex eo: Et iterum alia scrip
tura dicit: Videbunt in quem transfixerunt:

Hic legitur in tono evangelii:

Post hec autem rogavit pylatum
ioseph abarimathia. eo quod esset
discipulus ihu. occultus autem propter metum iudeorum.
ut tolleret corpus ihu. Et promisit py
latus. Venit ergo et tulit corpus ihu. Venit

autem et nichodemus. qui venerat ad ihesum
nocte primum ferens mixturam myr
re et aloes quasi libras centum. Accepe
runt ergo corpus ihesu et ligaverunt eum lin
teis cum aromatibus. sicut mos est sepelire.
Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus.
et in orto monumentum novum. in quo num
dum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter para
sceuem iudeorum quia iuxta erat monumentum.
posuerunt ihesum:-

Incipit principium offitij et discipli
ne. Prior uel alius ordinatus sic in
cipit:-

Karissimi fratri in lo començamen
to de lo nostro offitio e discipli
na. segondo bonna usança nov
se devemo a la fontanna de gratia e de
misericordia madonna sancta maria. e si la
pregaremo devota menti. che ge piaxa
de pregar lo so beneito fijor. che questo of
fitio de disciplina che nov faremo. nov si
lo fagamo a honor e reuerentia de la soa
sanctissima passion e morte. e a remissio
de le nostre peccae. et a saluation de le no
stre annime. R. Christe pe lo faça per la
soa pietae et misericordia.
E aço che nov seamo exauditi. si la salu
demo cum langelica salutation. Diga
Aue maria gratia plena dominus tecum. etc.
et cetera. Sub silentio finita salutati
one. inmediate cantando pro ut com
petit. incipiat.
Miserere mei deus. secundum magnam
misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miseratio
num tuarum. dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate mea.
et a peccato monda me:

Quoniam iniquitatem meam ego co
gnosco. et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum coram te
feci ut iustificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim in veritate dilexisti in
certa et occulta sapientie tue manifesta
sti michi.
Asperges me domine ysopo et munda
bor lavabis me et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et letitiam
et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis et
omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus et spiri
tum rectum innova in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi letitiam salutaris tui.
et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas et impii ad
te convertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus
meus salutis mee et exultabit lingua
mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies et os meum
annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrifitium de
dissem. utique holocaustis non delectaberis.
Sacrifitium deo spiritus contribula
tus. cor contritum et humiliatum deus non
despicies.
Benigne fac domine in bona volun
tate tua syon. ut hedificentur muri ie
rusalem.
Tunc acceptabis sacrifitium iustitie
oblationes et holocausta tunc imponent

super altare tuum uitulos.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum amen.
Kyrie heleyson. *sequitur.*
Xpiste heleyson. Kyrie heleyson.
Pater noster. *Dicatur secrete.*
℣ Et ne nos inducas in temptationem.
℟ Sed libera nos a malo.
℣ Ostende nobis domine misericordiam tuam.
℟ Et salutare tuum da nobis.
℣ Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te ueniat.

Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus. et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis. qui custodiat. foueat. protegat. uisitet atque defendat omnes orantes atque habitantes in hoc habitaculo. Per xpistum dominum nostrum. Amen.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. ℟ Amen. ℣
Ihesu xpiste fili dei uiui miserere nobis. ℟
Ihesu xpiste et cetera ut supra. ℣
Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟
Ut digni efficiamur promissionibus xpisti.

Admonitio.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus et pereatis de uia iusta.
Versus
Iube domne benedicere.
Passio domini nostri ihesu xpisti sit semper in cordibus nostris. ℟ Amen. ℣
Gloriosa passio eius nos perducat nos ad gaudia paradisi. ℟ Amen. ℣
Per istam sanctam passionem suam nos dominus suam benedicat. ℟ Amen.

Lectio prima.

Fratres karissimi recordamini quia dominus noster ihesus xpistus fuit pro nobis captus. derisus. flagellatus. coronatus spinis. et crucifixus. felle et aceto potatus. lanceatus. mortuus. et sepultus. et tertia die resurrexit a mortuis. ℣ Tu autem domine miserere nobis. ℟ Deo gratias.
Unus alius cui commissum fuerit ut moris est. dicat Antiphona
Adoramus te xpiste et benedicimus tibi. quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Redemisti nos domine saluator noster ... In manus tuas domine recomendamus spiritus nostros.
Ceteri fratres cantent illud idem et iterum replicetur ab eodem. predicta antiphona.
Adoramus te xpiste ut supra. ℣
Redemisti nos domine deus ℟ ueritatis. Amen ... *Dicatur secrete.* ℣ Et ne nos inducas in temptationem. ℟ Sed libera nos a malo. Amen. *Si uenerint de domo capis induti. qualicumque de causa. a priore uel alio ordinato. alta uoce dicatur hunc uersum. scilicet.*
Pax ... pacis et prosperitatis ... et misericordia domini nostri ihesu xpisti. ℟ Amen. ℣ Angeli eius ... commendetur nobis. ℟ Amen.
Aspergantur omnes fratres. a predicto. aqua benedicta. et dicente hunc psalmum. Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me. et super niuem dealbabor. Miserere mei deus *cum.* Gloria patri. Sicut erat.
Kyrie heleyson.

Xpe heleyson.
Kyrie heleyson.
Pater noster. uersus
Et ne nos inducas in. R
Sed libera nos a malo. Amen.

Incipiunt letanie.

Kyrie heleyson.
Kyrie heleyson.
Xpe heleyson.
Xpe heleyson.
Xpe audi nos.
Xpe audi nos.
Xpe exaudi nos.
Xpe exaudi nos.
Pater de celis deus misere nobis
Fili redemptor mundi ds. mise nob.
Sps sce deus. mise nob.
Scta trinitas unus ds. mise nobis.
Scta maria. ora pro nob.
Scta dei genitrix. ora pro nobis.
Scta uirgo uirginum. ora pro nob.
Sancte michael. or.
Sancte raphael. or.
Sancte gabriel. or.
Omnis sci angeli et archangeli. orate.
Omnis sci beatorum spirituum ordines. orate.
Scte iohannes baptista. orate.
Omnis patriarche et prophete. orate.
Scte petre. or.
Scte paule. or.
Scte andrea or.
Scte iohannes or.
Scte iacobe or.
Scte thoma. or.
Scte iacobe. or.
Scte philippe. or.
Scte bartholomee. or.
Scte mathee. or.
Scte symon. or.

Scte thadee. or.
Scte mathia or.
Scte barnaba. or.
Scte marce. or.
Scte lucha. or.
Omnis sci apostoli et euangeliste. orate.
Omnis sci discipuli domini. orate.
Omnis sci innocentes. orate.
Scte stephane. or.
Scte clemens. or.
Scte syxte. or.
Scte laurenti. or.
Scte uincenti or.
Scte donate. or.
Scte georgi. or.
Scte blasi. or.
Scte desideri or.
Scti iohannes et paule orate.
Scti nazari et celse. orate.
Scti cosma et damiane. orate.
Scti geruasi et protasi. orate.
Scti fabiane et sebastiane. orate.
Omnis scti martires. orate.
Scte siluester. or.
Scte gregori. or.
Scte ambrosi. or.
Scte augustine. or.
Scte ieronime. or.
Scte martine or.
Scte nicholae. or.
Scte germane. or.
Scte syre. or.
Scte romule. or.
Scte honorate. or.
Scte felix. or.
Scte ualentine. or.
Scte lodouice or.
Scte anthonine. or.
Omnis scti confessores. orate.

Sancte benedicte. ora.
Sancte francisce. ora.
Sancte dominice. ora.
Sancte antoni. ora.
Sancte thoma. ora.
Sancte leonarde. ora.
Sancte bernarde. ora.
Omnes sancti monachi et heremite. orate.
Omnes sancti sacerdotes et levite. orate.
Sancta maria magdalena. ora.
Sancta agnes. ora.
Sancta katherina ora.
Sancta lucia. ora.
Sancta margarita. ora.
Sancta cecilia. ora.
Sancta agatha. ora.
Sancta tecla. ora.
Sancta ursula cum sociabus tuis. ora.
Sancta clara. ora.
Sancta helysabeth. ora.
Sancta anna. ora.
Omnes sancte virgines et vidue. orate.
Omnes sancti et sancte dei. orate.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine.
Ab omni peccato. li.
Ab insidiis diaboli et omni inimicorum nostrorum
A subitanea et improvisa morte. li.
A spiritu fornicationis li.
Ab omni invidia mentis et corporis li.
Ab ira odio et omni mala voluntate. li.
A fulgure et tempestate. li.
A morte perpetua. li.
A penis inferni li.
Ab ira tua. li.
Per misterium sancte incarnationis tue li.
Per adventum tuum. li.
Per nativitatem tuam. li.

Per baptismum et sanctum ieiunium tuum. li.
Per crucem et passionem tuam. li.
Per mortem et sepulturam tuam li.
Per gloriosam resurrectionem tuam. li.
Per admirabilem ascensionem tuam. li.
Per adventum spiritus sancti paracliti. li.
In hora mortis. li.
In die iudicii. li.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. te.
Ut nobis indulgeas. te.
Ut pacem nobis dones. te.
Ut pietas tua nos custodiat. te.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris. te.
Ut nos met ipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris. te.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. te.
Ut animas nostras fratrum propinquorum et benefactorum nostrorum ab eterna dampnatione eripias. te.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et defensare et gubernare digneris. te.
Ut inimicos sancte catholice matris ecclesie humiliare digneris. te.
Ut domnum apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione et pace conservare digneris. te.
Ut episcopos abbates nostros et omnes congregationes illis commissas ad honorem tuum conservare et stabilire digneris. te.
Ut cunctum populum christianum pretioso sanguine tuo redemptum conservare digneris. te.
Ut civitatem istam et omnes in ea habitantes in sancta pace in[illegible] conservare digneris. te.

Vt loca nostra cum omnibus habi
tantibus ꝛ habitandis in eis con
solare ꝛ ↄ̃seruare digneris. t.

Vt congregationem nostram semper ue
nerantium ob memoriam sanctissi
me passionis tue semper conseruare
ꝛ multiplicare digneris. t.

Vt regularibus disciplinis nos
instruere digneris. t.

Vt nos in amore caritatis unani
mit' confortare ꝛ ↄ̃seruare digneris. t.

Vt omnib; benefactoribus nostris sem
piterna bona retribuas. t.

Vt malefactores nostros ad ueram
pacem ꝛ concordiam reuocare digne
ris. t.

Vt fructus terre dare ꝛ conseruare
digneris. t.

Vt omnes fideles nauigantes ad
portum salutis perducere digneris. t.

Vt ciuitatem ierusalem sanctam
populo xpiano restituas. t.

Vt omnes scismaticos. hereticos pa
ganos. iudeos. ꝛ infideles. ad fidem
sanctam reducere digneris. t.

Vt illos qui sunt in statu gratie
uisitare ꝛ ↄ̃seruare digneris. t.

Vt omnib; fidelib; defunctis requiem
eternam donare digneris. t.

Vt nos exaudire digneris. t.

Fili dei. t.

Pastor bone. t.

Redemptor mundi. t.

Saluator mundi. t.

Agnus dei qui tollis peccata mun
di. R. Exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mun
di. R. Parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata mun
di miserere nobis.

Xpe audi nos.

Xpe exaudi nos.

Kyrie heleyson.

Xpe heleyson.

Kyrie heleyson.

Pater noster. Dicat' secrete

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

Dicatur aue maria.

Aue maria gratia plena dominus te
cum. Benedicta tu in mulie
ribus ꝛ benedictus fructus uentris
tui. Versus.

Laudate pueri dominum. R.

Laudate nomen domini.

Hys finitis. qui ordinatus fuerit cant. Laudem. pro ut ↄpetit. qua finita. cessent facere disciplinam. genu flexo semper stantes.

Ille uero qui primo incepit prosequitur officium dicens. Versus

Sit nomen domini benedictum. R.

Ex hoc nunc ꝛ usq; in seculum. V.

Dignare domine die isto. V. R.

Sine peccato nos custodire. R.

Domine exaudi orationem meam. V.

Et clamor meus ad te ueniat. R.

Oremus.

Oratio.

In hac hora huius diei. tua
nos domine reple misericordia.
ut per totum diem exultantes. in tuis
laudibus delectemur. ꝛ famulos tuos
ab omni aduersitate custodi. Per
dominum nostrum. R. Amen. Expin

Iube domne bñdic̄e. Bñditio.
Laus glia ꝛ honor sit semper domi
no deo nostro. ℟ Amen. Lectio ii.

Fratres dilectissimi. memento
te. dominus noster ihūs xp̄s
dixit operantibus in euangelio: Ve
nite ad me uos omnes qui laboratis
ꝛ honerati estis. ꝛ ego reficiam uos. Tol
lite iugum meum sup uos. ꝛ disci
te a me quia mittis sum ꝛ humilis
corde ꝛ inuenietis requiem animab̄
uestris: Iugum enim meum suaue
est ꝛ honus meum leue. Tu autem
domine miserere nobis ℟o
Deo gratias. Dicat sacerd. ℣ssus
Pater noster. ℟o
℣. Et ne nos inducas. ꝛc̄. ℣ssus
℟. Sed libera nos a malo. Am̄ ℟o
Adiutorium nostrum in nomīe
domini.
Qui fecit celum ꝛ terram.
Pax ꝛ benedicio omnipotentis dei
patris ꝛ filii ꝛ sp̄s sc̄i. descendat super
nos ꝛ maneat semper. Amen.
Iube domne benedic̄e. bñdicio.
Per uirtutem sc̄e crucis perducat
nos dominus ad gaudia uere lucis.
℟ Amen. Lectio tercia.

Fratres sobrii estote uigilate
et orate. quia aduersarius ur̄
diabolus tamquam leo rugiens cir
cuit querens quem deuoret. cui re
sistite fortes in fide. ℣ Tu autem do
mīe nr̄i mīe. ℟ Deo gratias.

Salue regina misericordie ui
ta. dulcedo. ꝛ spes nostra. salue
ad te clamam̄. exules filii eue. ad
te suspiram̄. gementes ꝛ flentes in
hac lacrimarum ualle. eya ergo ad uo
cata nr̄a. illos tuos mīsicordes oculos
ad nos conuerte. ꝛ ih̄m benedictū fruc
tum uentris tui. nob̄ post exilium oste
O clemens. ℣ssus. ꝛc.
Virgo mater ecclēe. etnīs porta
glorie. ℟o.
Esto nobis refugium apd̄ pr̄em ꝛ filii. (fili)
℣ssus.
Virgo clemens u͂go pia. uirgo e
dulcis o maria. ℟o.
Exaudi preces supplicum ad te pie
clamantium. ℣ssus
℟o.
Gloriosa dei mater cuius natus ē
Ora pro nobis omnibus q̄ a pr̄e.
te memoriam agimus. ℣ssus.
Fonte preces tuo nato. ℟o
crucifixo uulnerato
Pro nobis flagelato. spinis ponto
felle potato. ℣ssus
Dignare me laudare te u͂go sacrata.
Da michi contra hostes tuos. ℟o.
Oremus. Oro.

Omnipotens sempitn̄e deus. q
gloriose uirginis matris marie.
corpus ꝛ animam. ut dignum filii
tui habitaculum effici mereretur spi
ritu sancto cooperante preparasti.
da ut cuius commemoratione letam̄.
eius pia intercessiōe ab instantibus
malis atq; periculis ꝛ a morte perpe
tua liberemur. ꝛ ad uitam perueniīre
mereamur eternam. Per dominū
nostrū ih̄m xp̄m filium. amen.

Alia oratio.

Deus qui ad principiū huiꝰ
diei uenire fecisti. tua nos hodie
salua uirtute. ut in hac die a nullum
declinemus peccatū. nec incurramus

periculum sed semper ad tuam iustiti
am. faciendam nostram procedant
eloquia. dirigantur cogitationes et opa

Alia oro.

Adiutoriame segnor dee dee e
messer yhu xpe veraxissimo
saluao. Messer mandayne de la uo
stra sanctissima gratia. Paxe. amor.
e consolation. a noy tuti. e a tuti li xp̄ī.
chi per lo mondo sum.

Alia oro.

Adiutoriame e amaistrayne dec
ssima e gloriosa vergem mado
na sancta maria. Madona mandayne
de la uostra sanctissima gratia. e me
tine in santa uia.

Sequuntur preces.

Beneito e loao e regratiao e
sea lo nome de lo nostro segnor
messer yhu xpe. luxe de parayso e
de tuta la corte celestia. in eterno e ultra.
Amen

Alia preces.

Loxo e gloria habia la diui
na maiestae. zoe dee payre. e fi
io e spirito sancto. tre persone i uni
tae. Pregemoli devotamenti. cum tuta
bonna intention e bon proponimen
to. che ge piaxa de mandar a noy gra
tia che noy hayemo facto questo be
neito offitio a honor e reverentia de
lo so sanctissimo nome. e de la soa be
neita passion e morte. e a corection
de peccae. e de manchamenti nostri.
e che de questo beneito offitio noy
seamo perseveranti fin ala fin nra.
R. Xpe lo faza per la soa pietae e
misericordia.

Alia preces.

Fray karissimi preghemo per
li nostri payri e per le nostre ma
ere. e per li nostri fray e sor. parenti.
e fray de questa beneita copagnia e p
amixi. e per tute le annime xpianne
chi sum passae de questa misera vita.
che se elle fossem in alcune penne de
purgatoryo. lo nro segnor se ge pia
xe. si le traghe de penne. e le men
ne a la soa beneita gloria.
Responde ut sup.

Alia preces.

Preghemo per lo stao de la san
ta mayre gexia. per messer. lo
papa e per li segnoy cardenay. e per
li rei. principi e baroni. chi an a rege
e a guiar tuta la humanna generatio.
che lo nostro segnor beneito gi dea
gratia. forza. e bailia che elli la possan
rege e guia. per quella mayneta e
uia. chi semp loxo e honor e gloria
sea de lo so sanctissimo nome e ho
nor e reverentia. de la soa beneita pas
sion. e morte. a multiplicamento
de la santa fe catholica. e a recouera
mento de la santa terra de ultra mar.
Rendite ut supra.

Alia preces.

Preghemo per messer larcive
scovo. payre e pastor nostro. e per
tuti li religiosi e chov lhe regar li qli
an cura de le annime nostre. che lo
segnor beneito gi dea gratia che elli
possam saluar le soe annime e le nre.
Rendite ut supra

Alia preces.

Pregemo lo nostro segnor
messer yhu xpe che ge piaxa
de mandar paxe de cel in terra in
tuta la crestianitae. de za da mar e

de la da mar. lucte e guerra e tribula
tion. che ello ge mande paxe e bona
consolation. per li meriti de la soa sanc
tissima morte e passion.

Rnde ut supra. Alia prec.

PRegemo per la nostra citae.
e per lo destreito. ch lo nostro
segnor messer yhu xpe. destenda le
man. de la soa sanctissima misericor
dia. e si daga uerace cognoscimento.
a tuti quelli chi am arçe e aguerna
questa citae. e che lo doxe messer yhu
xpe ge dea gratia che elli la rezam a
quella uia e maynera. chi sea a cresim
to e deffension. de la citae nostra. paxe
e consolation de li citayn nostri. e de
quelli chi ge hatan e habitar ge den.
Xpe lo faça per la soa pietae e mi
sericordia. Alia prec Ro

PRegheemo per li nostri recoman
day. e per le nostre recomandae. e per
tuti quelli e quelle chi sperá in le no
stre oratioyn. che lo nostro segnor mes
ser yhu xpe no guarde a le lor reçe e
peccae. ma li exaudissa. e ge responda
a la lor bonna intencion. e si ge daga
ço che ge necessario a la aia e alo corpo.

Rnde ut supra. Alia prec.

PRegheemo per tuti quelli chi
nam offeyso o farto o dito ui
lania. e a chi noy auessemo offeyso i
alcuna guisa o maynera. che lo nost
segnor messer yhu xpe no guarde a le
nostre reçe e peccae. ma pdonne a
noy e a lor. per la soa misericordia e
pietae. Rnd ut sup. Alia prec.

PRegheemo per li nauegami
chi sum per luniuerso monde.
per quelli de mar e per quelli de tera.

e specialmenti per li fine de questa cõ
pagnia beneita. Che lo nostro segnor
messer yhu xpe li aie ali lor perigi. e
necessitae. e li abia semper in la soa be
neita guardia. e li torne a casa lor say
e salui cõ li soy dinai mercatie e hauei.
